

optimi præsulis reditum, ut verbis utar Hieronymi (a), *lugubres vestes Italia mutavit*. Ubi denique ad suam Vercellensem ecclesiam fuit reversus, quam optime constitutam firmiterque in recta fide fundatam lætus invisit, post edita tot tamque præclara virtutum exempla, Valentiniano et Valente imperantibus, anno Christi Dionysiano cccclxx, kalendis Augusti præsulis optimus ex hac vita migravit, ut fert exactiorum chronologorum sententia (b).

Tres tantummodo sancti Eusebii epistolæ ad nos usque pervenere: quarum duæ priores ex archivo ecclesie Vercellensis erutas, annalibus ecclesiasticis intexit magnus Baronius (c), unde illas descripsimus: tertiam vero ex opere historico sancti Hilarii Pictaviensis episcopi (d) excerptam subjecimus.

Exstat præterea codex Evangeliorum ejusdem sancti Eusebii manu descriptus; quem in majori ecclesia Vercellensi huc usque servatum, Joannes Andreas Iricus V. C. egregie illustratum in lucem emisit Mediolani anno 1748 ipsumque Romæ anno insequente noster Blanchinius operi suo luculento, *Evangeliarium quadruplex* inscripto, intexit.

## II. De ejusdem scriptis, et horum editionibus, ex Schænemanno.

Exstant Eusebii epistolæ tres: prima, ad *Constantium Augustum*; secunda, ad *presbyteros et plebes Italiae*; tertia, ad *Gregorium episcopum Spanensem*. Præterea *Libellus facti*, ad Patrophilum Arian. ep., quem epistolæ ad Vercellenses alligaverat (e). Inter-

(a) Hieron. Dial. adversus Lucifer. § 19, pag. 191.

(b) Tillem. Mem. eccl. t. VII, p. 559, et 777 not. 44.

(c) Baron. ad ann. 355, § 7, et ad ann. 356, § 92 et seq.

(d) Hilar. Frag. xi, § 5.

(e) Quapropter a Gallandio non seorsim numeratur; nec in Bibliothecis PP. antiquioribus, in quibus omnibus una tantum ad *presbyteros et plebes Italiae* epistola nominatim exstat, ubique tamen hoc *Libello*

edita versio ejus *Commentariorum Eusebii in Psalmos*. Codex Evangeliorum ipsius Eusebii manu descriptus Vercellis asservatur atque luci publicæ datus est post *Joan. Andr. Iricum* (Mediolani, 1748, in quarto) in *Blanchini Evangeliarium quadruplici*.

Editæ sunt duæ priores epistolæ cum *Libello facti*, primum, ut Gallandius loquitur, ex archivo Vercellensis Ecclesie erutæ a Baronio in *Annal. eccl.*, ad ann. 355, § 7, ad ann. 356, § 92 et seqq. Ego vero quæsi verim ex eo unde una illa ad Vercellenses ep. cum *Libello facti* (f) edita, jam in tomio I *Bibl. PP. Parisiensis* ann. 575 compareat, si recte Ittigium capio, qui epistolam Eusebii Vercellensis memorat, quæ nulla alia esse potest. Eadem posthac edita in *Supplementis ad M. Bibl. Paris.* editionis quartæ (Paris., apud Æg. Morellum, 1639), tom. I, p. 627 et 628, item in quinta *Bibl. hujus Parisinæ* editione (sumpt. ejusdem Æg. Morelli, 1654), quam Ittigius describit. Nisi forte hæc prorsus eadem sit, titulo tantummodo reflecto, quod verisimillimum (g), si reputes quod Ittigium quoque pupugit, novi *Supplementi Combessizani* an. 1648 editi nullam in ea rationem esse habitam. Tandem leguntur in *Bibl. Max. PP. Lugdunensi* (apud fratres Anissonios, 1677), tom. V, p. 1127, 1128. Epistola tertio loco commemorata edi cœpta est inter *Fragmenta Hilarii*, fr. xi, § 5, unde cum præcedentibus ad Baronium descriptis novissime exhibuit Gallandi in tomio V, n. 7 (Venet. 1769), cum notulis et variis lectionibus paucis, præmissa de Eusebio notitia in *Prolegom. cap. 7.*

*facti* subjecto. Oudinus pro singulari ep. censet.

(f) Non tres posteriores, id est, hæc duæ cum prima, ad Constant., ut Oudinus loc. laud. inquit. Idem etiam in secunda ed. *Bibl. Bigneaux* an. 1589 repetitas tradit, quod falsum est, si recte *Catalogum* textui Ittigius.

(g) Cf. Ittigium.

ANNO DOMINI CCCLIII-CCCL.

# J. FIRMICUS MATERNUS.

## MONITUM.

*Locum Firmico Materno inter Constantinum et Candidum Arianum, uti Chronologicus ordo postulabat, assignaveramus, dedissemusque nisi optimam Munteris editionem expiscandi fere insuperabilis obstitisset difficultas. Cum vero, tempore hoc opus prælo mandandi instante, frustra bibliopolas bibliothecasque omnes sollicitaremus, et aliunde de properando Patrologie cursu a multis urgeremur, subscriptorum aviditati necnon circumstantiarum necessitati cessimus, animo destinantes, Firmicum, statim atque nacti essemus, eo loco edere quo minus a suo ordine aberraret. Eadem agendi ratione utimur utemurque quoties Chronologiæ studio scrupulosius indulgere non licebit nisi moras nectendo nobis et subscriptoribus pariter ingratas.*

## PROLEGOMENA.

### I.

Decimus jam labitur annus, ex quo Joannes Michael Hertz, ædis cathedralis Roskildensis præpositus, paulo vero post episcopus Ripensis, collega desideratissimus, me suasore pro summis in theolo-

gia honoribus rite obtinendis dissertationem edidit bonæ frugis plenam de Julio Firmico Materno (a); quæ quidem commentatio prodromus quasi erat editionis hujus scriptoris, ad quam parandam haud dubie sese accinxisset, si Deo longiorem illi vitam

(a) De Julio Firmico Materno ejusque imprimis de *Errore profanarum religionum libello* *Dissertatio* inauguralis. Havniæ, 1817.

largiri placuisset. Jam vero cum senectute vix inchoata e vivis creptus sit, mearum esse partium duxi, ut, quæ illi suasissem, ipse exsequerer, et in hunc scriptorem diu neglectum denuo illustrandum subsecivas aliquot horas impenderem. Opportuna quoque mihi visa sunt tempora. Hoc enim anno Ecclesia Danica memoriam celebravit conversionis majorum nostrorum a tenebris Paganismi ad lucem Christianam prædicatione Ansharii anno 826 inchoata. Quam ob rem, cum sanctum istum præsu-lem, uti quoque collegas et successores ejus, et generatim omnes eos, qui Christi doctrinam gentilibus annuntiarent, una, si sapienter agerent, incedere via oportuerit, ut nimirum avitas horum populorum destruerent superstitiones, antequam caelestem eorum animis doctrinam insinuarent; haud ingratum me facturum esse rem ratus sum, si, deficientibus scriptis illius qua Ansharius floruit ætatis, quibus Germanorum et populorum septentrionalium religiones impugnabantur, argumenta, quibus Christiani Polytheismum, qui in Romano imperio viguit, aggressi sunt, in memoriam revocarem: ideoque speravi, lectores et hanc Firmici, qui in hoc argumento unice versatur, novam editionem æquo animo accepturos esse.

## II.

Editores veteris cujuslibet scriptoris initium scribendi facere solent de ipso, quem sibi illustrandum sumpserunt, auctore: quod quidem rei ratio postulat. Me vero eorum vestigiis vix aut ne vix quidem insistere posse norunt omnes antiquitatum ecclesiasticarum periti. Illa enim iniqua sors obtigit Firmico meo, ut ne unus quidem scriptor hujus nominis meminerit ante Honorium Augustodunensem sæculi XIII scriptorem, qui libro II de Philosophia Mundi cap. 5, Firmici Astronomicum laudat. Hoc vero rem nostram parum juvat, cum hic liber plane diversus sit a nostro de Errore profanarum religionum, nec, mea sententia, idoneis argumentis evinci possit, utrumque librum ab eodem auctore profectum esse.

Ipsam *Firmicorum* nomen obscurum est. In scriptoribus desideratur, neque in monumentis litteratis occurrit. *Maternos* tantummodo legimus apud Gruterum pag. 220, 9; 1009, 2; 1468, 8; 1482, 11; et *Maternam* pag. 1225, 3; et qui Firmicum, sive unum utriusque libri auctor fuerit, sive duo statuendi sint, Siculos fuisse statuunt, in marmoribus Siculis a Gabriele Lancelloto Turris Mutiæ principe collectis nil inveniunt, unde argumenta pro sua sententia petant. Nam *Firmii*, qui in iis commemorantur pag. 145, 50, et 182, 53, cum Firmicis confundi minime debent. Itaque ipsi consulendi sunt libri superstites Firmicum auctorem prolitentes, si forte ex iis aliquid colligi possit. Et duos, quod jam dixi, habemus Julii Firmici Materni nomine inscriptos; alterum astrologicum, ab homine Polytheismo addicto,

alterum polemicum adversus numinum cultum, a Christiano scriptum. Utriusque auctor in titulo vocatur V. C. quas litteras, si de viro consulari intelligas, nullum habebis Julium Firmicum Maternum, Constantiniana ætate ad consulatus fastigium erectum, quantum quidem Fasti docent. Sed provinciam fortasse administrasse potuit, eaque de causa consularis, ut mos illius ævi ferebat, appellari; vel etiam hoc titulo mere honorifico ornatus fuit, cujus quidem rei exempla Gothofredus ex illorum temporum historia collegit. Utrumque vero librum exaratum fuisse Constantiniana ætate, ex locis in iis obviis luculenter patet. Liber enim Mathematicum I, c. 2, eclipsin solis, quæ Optatio et Paulino cons. anno 334 contigit (a) a mathematicis prædictam asserit, atque inter recentiora phænomena refert. Itaque brevi post scriptus aut saltem scribi cœptus est. Idem quoque alteri libro de Errore Profanarum Religionum tempus competit. Ad Constantium namque et Constantem, Constantini M. filios, Augustos datus, exaratus est post Constantis expeditionem Britannicam, quam commemorat, fortasse etiam initio belli Persici a Constantio gesti et ante clades iteratas, quibus hic imperator brevi post a Sapore fusus est; certe ante necem Constantis insidiis Magnentii anno 350 occisi; ergo inter annos 343 et 350. Unde patet, utrumque librum iisdem circiter annis editum esse; primum vero aliquanto prius, Constantino M. imperante, pro cujus salute auctor versus exitum libri primi pia vota facit. Neque impedire videtur locus alter proœmii libri I, ex quo intelligitur, auctorem Mathematicum libros, quos Mavortio Lolliano in *Campaniæ provinciæ fascibus constituto* dedicavit, eidem Lolliano proconsuli et ordinario consuli designato dedicasse. Fasti quidem ad annum 355 Lollianum quemdam habent consulem; Mavortium autem præfectum prætorio Ammianus Marcellinus ob *sublimem constantiam* laudat (b). Haud vero constat, duo hosce non nisi unum fuisse hominem, eundemque Mavortium Lollianum, cui Firmicus librum suum inscripsit; quantum ex altera parte concedendum est, Mavortium Lollianum pluribus, antequam Consul processerit, annis consulem designari potuisse; id quod sub proximis Constantini decessoribus haud ita raro accidit, ejusque summorum honorum Mavortio Lolliano promissorum procrastinationis causa quæri fortasse poterit in rebellione Magnentii et tumultu civili inde orto, nec ante interitum hujus tyranni, cujus arbitrio ipsa urbs Roma obnoxia erat, anno 353 compresso. Itaque stabimus in ea sententia, libros Mathematicum editos esse brevi post illud solis deliquium, quod anno 336 accidit, et ante Constantini M. obitum; librum vero de Errore Profanarum Religionum conscriptum esse inter annos 343 et 350, vel potius 348, quo Romani a Sapore ad Singaram fusi sunt.

(a) Ann. Urbis conditæ 1087. *Almeloveenti Fasti Consulares*. pag. 161.

(b) Lib. XVI, 8.

## III.

Prior liber auctorem habet virum superstitionibus Ethnicorum addictum, alter Christianum. Vix vero inducor ut mihi persuadeam, Firmicum mathematicum, ætate jam provectum, quod ipse in astronomicis proficitur, sententiam mutasse, numinum cultui, cui per omnem pristinam vitam adhæserat, valedixisse, et Christiana sacra amplexum fuisse. Quod si fecisset, in libro de *Errore profanarum religionum* certe conversionis suæ ad Christum meminisset, et vel inscius veteris superstitionis indicia quædam reliquisset. Sed religionum Ethnicarum quamvis bene sit gnarus, eas tamen ex lectione potius et relationibus aliorum hominum, quam ex propria experientia, novit. Sacræ Scripturæ est peritus, eaque pro more ætatis, cui diuturno unico usu assuescere potuit, in docendo atque disputando utitur, ita ut vix credi possit, eum adeo recenter Christianum factum esse, sed statuendum potius, a natalibus inde vel saltem a juvenili ætate Christianum fuisse.

Huc accedit sermonis Latini in utroque opusculo diversitas, quam sane magnam esse inter omnes constat. In *Astronomico* enim libro permodica utriusque linguæ, Græcæ et Latine, deprehenditur cognitio. Verbis et phrasibus refertus est barbaris, cujusmodi, ut nonnulla afferamus, sunt sequentia: *horoscopare, ferarum mansuetarii, cardinaliter, quiescentia* pro quieto, *intimare alicui* pro significare, *concordiale* pro sociale, *partiliter* pro per partes, *caballarius* pro equite, *computus* pro computatione (a) quæ quidem Longobardica tempora potius quam Constantiniana sapiunt, aut saltem illius, quæ in versione Irenæi legitur, latinitatis Gallicæ nos admonent.

Librum vero de *Errore profanarum religionum* quod attinet, scriptus est sermone puriore, quali auctores ævi Constantiniani utuntur; etsi non aureæ latinitatis, ejusmodi tamen quæ ferri possit, et satis deserto. Sed et hic liber modicam Græcæ linguæ cognitionem prodit; ex qua tamen minime colligere licet, utrumque librum ab uno eodemque auctore profectum esse. Hanc igitur amplectimur sententiam, diversum prorsus esse Firmicum astrologum a Firmico theologo; quam quidem jam dudum inter multos alios, quos Hertzius recenset, tuiti sunt Cælius Rhodiginus, Baronius, Glandorpius et Lipsius: sed misso astrologo, de theologo tantummodo videamus (b).

## IV.

At valde dolendum, adeo incerta atque obscura esse omnia, ut candidè confitendum sit, nos auctorem libri de *Errore Profanarum religionum* prorsus ignorare. Natales ei fuisse Siculos statuunt (c), nescio qua de causa. Afrum fuisse crediderim, si modo

(a) Fabricii Bibliotheca Latina ed. Ernest. III, p. 415.

(b) De Jul. Firm. Materno p. 41, 42.

(c) Mongitor Siculum dicit incertæ patriæ, nimirum in Sicilia. Renda Biblioth. Sicula Vetus (Roma, 1700), pag. 167.

A perpetuus fere codicum sacræ Scripturæ Afrorum, qui apud eum observatur, usus ad hanc opinionem astruendam sufficeret, cum hi ex Africa ad Italiam Hispaniam Galliamque devehî facillime potuerint: nec Africanæ latinitatis, ex Apuleio, Tertulliano et Cypriano satis notæ, luculenta indicia in ejus libro inveni.

Episcopum Mediolanensem Synodo Romanæ a Julio I, Romano episcopo anno 357, coactæ interfuisse, credit Baronius. Verum synodus ista est pseudo-Ildori figmentum (d). Julium, Julii episcopi Romani tempore episcopum Mediolanensem, ignorant omnes. Maternus vero Mediolanensis sub Diocletiano et Maximiano Augustis hujus urbis sacris Christianis præfuit anno 307 aut 311, et pro religione occubuit (e). Corruit igitur quod habent Binius et Cajetanus (f), eum inter sanctos Ecclesiæ Catholicæ referentes.

Itaque hoc tantummodo tenendum, Julium Firmicum Maternum, ut ex libro ejus de *Errore profanarum religionum* patet, fuisse virum pium et eruditum atque religionum Ethnicarum adversarium. Has acriter impugnat, nimio interdum fervore, cum Imperatores ad reliquias earum violentè delendas excitet; quæ vero cum temporibus in quibus vixit, tum exemplis quæ præ oculis habuit danda potius, quam illi culpæ vertenda sunt.

## V.

In examine de veteri quolibet auctore instituendo primariam aliquam partem sibi vindicat disquisitio de fontibus unde hauserit, imprimis si historicus est argumenti. Nec in scriptore ecclesiastico negligendam eam esse, per se patet. Qua de causa, cum annotationes in Firmicum meum colligerem, sedulo circumspexi scriptores antiquiores quos consuluerit, ita tamen, ut caverem, ne singula quævis, quæ communia habet cum aliis religionis Christianæ apologetis, semper ex eorum libris hausta esse arbitrarer, cum ipsa argumenti ratio haud dubie postularer, ut omnes, qui Polytheismum destruerent eadem fere fabulas et recenserent et refutarent, eademque iis vel ex eruditis colloquiis et ex institutione Catechumenorum innotuisse potuerint. Sed illos imprimis locos respexi, in quibus Firmicus easdem, quas cæteri scriptores apologetici habent, fabulas eadem pene serie et ipsis fere antiquiorum verbis recenset. Hujusmodi autem consensus, ut ex annotationibus patebit, haud raro animadvertitur cum Clementis Alexandrini Protreptico, Minucii Felicis Octavio, et maxime cum Arnobii libris adversus Gentes. Lactantium porro haud raro consuluisse videtur, et certe Cypriani Testimoniorum libros tres perpetua cura tractavit. Namque plurima V. et N. Testamenti dicta, quæ in medium profert, cum textu Cypriano conspirant, non in vulgaribus tritis-

(d) Walchii Historie der Kirchenversammlungen, p. 165.

(e) Ughelli Italia sacra IV, p. 307. Bisozius in Historia episcoporum Mediolanensium, p. 45.

(f) Idea S. S. Siculorum, p. 45 et 125.

que tantummodo locis, sed in iis quoque, ubi lectiones A habent ab iis quas libri manuscripti et citationes in aliorum Patrum operibus suppeditant, diversas.

Neque vero scriptores Profanos prorsus neglexit. Ex haud ita paucis locis patet, Firmicum Ciceronis libros de Natura Deorum sedulo tractasse. Nonnulla hausit ex Porphyrii libro de Antro Nympharum, forsitan quoque ex alio ejus libello de Abstinencia ab esu carniū. Allegat præterea cap. 14 hujus philosophi librum *περί τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας*, qui jam dudum injuria temporum perit. Verum etiam in Firmico leguntur fabulæ apud nullum alium scriptorem Profanum Christianumve reperiundæ, qua quoque de causa recentiores rerum mythologicarum scriptores haud ita raro ad ejus testimonium provocant. Unde vero hæc aliis ignota hausit? dicam quid sentiam! Ex Euhemeri *Ἱερῆ Ἀναγραφῆ*. Cum enim Ethnics fabulas, sprete quavis physica mysticave interpretatione, historice tantummodo intellexerit explicaveritque, arridere ei quam maxime debuit Euhemeri illa totius mythologiæ Græcæ expositio, quam in iis, quæ de Jove habet, cum secutum esse, luculenter patet. Unde vero Euhemerus, Græcus scriptor, illi immotuerit, palam est ante oculos omnium. Ennius namque Euhemerum latinitate donaverat; cujus versionis complura fragmenta a Lactantio Instit. Divinæ libro 1, c. 11, 13, 14, 17, 22, et de Ira Dei laudantur vel exscribuntur. A Cicerone de Natura Deorum 1, c. 42, a Clemente Alexandrino Protrept. c. 2 p. 20 ed. Potteri, a Minucio Felice Octavii c. 21, ab Arnobio adv. Gentes iv c. 29, similiter allegatur. Itaque nil mirum, hunc auctorem, religionum Ethnicarum destructorem, Firmico innotuisse, placuisse, atque ab eo consultum fuisse. Mirari potius subit, apologetas rei Christianæ, in eodem cum Euhemero argumento tractando adeo sedulos, ejus tamen nomen et librum justo rarius laudasse atque locos ex eodem attulisse. Pauca tantummodo hactenus ex auctoribus veteribus ejus, Enniane imprimis versionis, excerpta sunt fragmenta; nullus tamen dubito, quin, ut ex Firmico ita quoque ex aliis scriptoribus complura hujusmodi *λείψανα*, quibus collectio Hesseliana in editione Ennii (a) locupletari queat, majori adhibita diligentia, sanaque in secernendo dijudicandoque crisi, erui possint (b). Id quod certe præstitisset vir præclare doctus Jo. Lundblad S. theol. D. et eloquentiæ atque poeseos in Universitate Lundensi professor Publ. Ordin. qui duabus dissertationibus de Euhemero (Londini Gothor., 1804) ejus fragmenta edere atque illustrare cœperat, e vivis autem creptus est, antequam opus inchoatum absolvere potuerit. Cujus viri optimi mihi que amicissimi vestigiis insistens, si Deus otium fecerit, Euhemeri quotquot reperire potero reliquias colligere atque publicam in lucem edere penes me constitui.

(a) Amstelædami, 1707, in 4°.

(b) Locos ubi allegatur sedulo collegit Jo. Conr. Orellius ὁ μακαρίτης, annotat. in Arnob. iv, 29, tom. II,

## VI.

Firmicum, ad seculum xvi medium usque penitus ignotum, typis primus vulgavit Matthias Flacius Illyricus Argentorati 1562 ex codice Mindæ Westphaliæ reperto. Illic unicus est codex qui auctorem nostrum posteris servavit. Eadem fortuna obtigit Phædro, Velleio Paterculo, quinque prioribus annalium Taciti libris, Hesychio, primæ Clementis Romani ad Corinthios Epistolæ, Minucio Felici et Arnobio. Ubi vero Firmici nostri codex hodieque lateat (latere enim dico, quum nusquam commemoretur) nescius sum. Editionis Flavianæ meminuit Ritterus in Biographia Illyrici (Francofurti, 1725) pag. 353, haud tamen indicato loco annove impressionis: unde colligo, Ritterum cum oculis haud usurpasse. B At rara est admodum. Desideratur in Bibliothecis nostris, cum Regia tum Universitatis, neque fuit in Buviana jam cum Regia Dresdensi conjuncta. Inveni vero in selectissima rever. Hansen. pastoris Stangerupiensis dioceseos Selandiæ, qui hocce *κεφάλαιον* liberaliter dono mihi dedit. Ita vero Flacius in Proœmio ad Andream Meiendorfium de codice, ex quo suam editionem hausit, verba facit.

« Ad hanc vero piam gratitudinem zelumque in animis nostris excitandum, cum aliqua pia et aliqua etiam impia scripta profuerint, tum et hoc Julii Firmici contra errores profanarum religionum, quod a me in veteri et non ignobili civitate Westphaliæ Minda repertum nunc primum in publicam utilitatem evulgatur. Est sane dignissimus libellus qui exstet, cum propter sermonis elegantiam, tum propter vetustatis Ethnicæ et simul Christianæ, quæ in eo continetur, cognitionem. Non pauca enim hinc de doctrinæ sinceritate et rituum Ecclesiæ simplicitate et puritate cognoscere possis, si modo paulo attentius, quæ de Christo, de sacrificiis, de pane caelestis, et de imaginibus ac aliis dicuntur, expendas. »

Hæc ille. Cæterum vix ulla est spes fore ut alius hujus nostri auctoris codex emergat. In ditissimis enim bibliothecis ejus exemplaria desiderantur. Desunt nimirum in Vindebonensi, Monacensi, Parisiensi, Veneta Divi Marci, et in San Gallensi; neque habentur in Britannicis Belgicisque, cum editores Batavi de hac re investiganda certo certius solliciti fuerint; nec in Vaticana, quæ quasi est bibliotheca bibliothecarum, cui a duobus inde sæculis viri doctissimi, Holstenius, Leo Allatius, Zaccagnius, Marinus aliique præfuerunt, qui hujusmodi *εὑρημα* minime neglexissent. Nisi enim forte fortuna in palimpsesto aliquo codice detegatur, aut ex angulo bibliothecæ alicujus monasticæ nondum satis diligenter perlustratæ in lucem producat, unico eo in posterum quoque fruendum nobis erit, quod ante tria fere hæc sæcula emerit, exemplari.

Ejus quidem ætatem Flacius haud indicavit. Ex tota vero textus indole apparet, descriptum id esse

p. 245; alia Jo. Lydus et Scholiastæ fortasse suppeditabunt.

a librario haud imperito. Mendas enim habet haud adeo multas et facili negotio corrigendas. Lacunæ librario haud sunt culpæ vertendæ; exstiterunt enim sine dubio in codice quem exscripsit. Proœmium mutilum est ab initio; verba autem Flacii, *Desunt quædam*, indicare videntur, in codice Mindensi haud ita multa defuisse. Eo vero in loco, ubi Woweri editio et post eam reliquæ (in hac editione col. 935) lacunam exhibent, nullam in suo codice reperit Flacius, saltem haud notavit. Attamen aliquid deesse contextus docet, cum Firmicus promissis suis haud steterit.

Capite quinto post verba : *at Persarum legibus sequatur*, apud Flacium una, apud Wowerum eadem, et brevi post altera habetur lacuna a Flacio haud notata : a Wowero igitur ex conjectura indicata videtur. Reliquæ ex singulis tantummodo verbis elisæ ortæ videntur; nec sensum magnopere impediunt.

Nonnulla sphalmata correxerunt Woverus atque Gronovius; ego quoque pauculas emendationes addidi in notis; in duobus tantum locis, c. 16, ipsi textui medelam afferens, ubi aperte *Abaris Scythæ* legendum est pro *Avaro Scythæ*.

Istud autem imprimis in nova hac Firmici editione curæ mihi fuit, ut, quantum possem, licet brevissime, ea, quæ de sacris Ethnicis refert, illustrarem. Quem in finem notas Woweri aliorumque virorum doctorum in Firmicum exscripsi, quibus adjeci complura eorum, quæ Hertzius in dissertatione de Firmico observavit; neque neglexi editores Patrum Firmico antiquiorum, in quibus similia eorum, quæ is habet, leguntur; videlicet Quzelium, Heraldum, Rigaltium, Davisium, Lindnerum in Minucium Felicem, Walchium in Lactantium, Elmenhorstium et imprimis Orellium in Arnobium, alias, quos passim inspexi, ut taceam. Plura quoque ex propria penu addidi, in primis ad posteriora capita a 18 inde, quæ Woverus fere tota neglexit, neque qui cum secuti sunt editores curarunt; ita leviter et perfunctorie in illustrando hoc auctore minime sane contemnendo versati sunt.

Denique, cum loci Biblici haud ita pauci allegati sint ex versionibus Latinis Antehieronimianis, ipsas illarum lectiones examinandas esse duxi. Nec difficilis hic labor. Namque statim compertum habui, eas a Sabaterio in *Bibliorum Sacrorum Latinis Versionibus antiquis* sedulo collatas esse. Itaque hoc cum maxime explorare studui, quosnam ex tot veteris versionis, vel potius antiquarum versionum, codicibus Firmicus ante oculos habuerit. Et quævis fere me pagina docuit, eum inter omnes Patres Latinos maxime cum Cypriano, imprimis cum libris hujus episcopi Testimoniorum adversus Judæos et de Unitate Ecclesiæ consentire; sacros igitur textus, quibus utitur, aut ex hisce opusculis, aut e codicibus eorum, quos Cyprianus legit simillimis mutuatum esse.

Et hæc quidem est summa curarum, quas in Fir-

(a) Hertz., de J. F. M., p. 36.

(b) Apud Hertz., p. 11.

micum impendi. Superesse fateor unum earum genus, quod harum rerum arbitri fortasse desiderabunt: collatio nimirum exegeseos atque sententiarum theologiarum Nostri cum interpretatione eorundem locorum atque expositione dogmatum, quorum Firmicus meminit, apud reliquos apologetas atque Patres. Neque plane neglexi. Attamen, cum Firmicus, exegetica atque dogmatica si spectes, exiguo saltem usui sit theologis, verum Ethnica mythologia arcanæque religiones lucem haud ita aspernandam ab eo lucentur, hæc potiora esse duxi, atque in his illustrandis curatius versatus sum. Vellem vero Orellium virum eruditissimum, ut spem fecerat in præfatione ad Arnobium p. xvi, in Firmicum quoque doctrinæ suæ copias erogasse; tum meis sane curis haud opus fuisset. At ille, cum aliis doctis laboribus per aliquot annos distractus fuisset, nuper, quod valde dolendum est, e vivis excessit.

#### VII.

Antequam vero ad argumentum libri, quem enarraturus sum, exponendum accedam, de ipsius titulo pauca monebo. Cum vero unicum exemplar existet vel exstiterit, a Flacio in lucem emissum, quicum, quem pro genuino habere licet, is est quem Flacius illi inscripsit, in ipso Mindensi codice haud dubie ab eo lectus: *de errore Profanarum Religionum*. Quod si igitur scriptores recentiores, qui hujus libri mentionem fecerunt, titulum paulo aliter expresserunt, v. c. Balth. Bonifacius in historia ludicra (Bruxell. 1656, p. 456), qui *libellum de errore Profanarum gentium et religionum* vocat, atque Baronius, apud quem *liber de mysteriis et erroribus Profanar. relig.* audit (a), hi haud dubie, cum scriberent, memoriter, nec inspecto libro, ejus titulum laudarunt. Nomen auctoris in codice Mindensi luculenter expressum est; nulla igitur fides habenda Gyraldo, qui *Villium*, et Glandorpio, qui *Qu. Villium* nuncupat (b), Uterque præterea cum astrologo confundit. Ille nomen in pervetusto codice et in antiquo saxo legi ex aliorum fide narrat (c); hic nullum citat vadem (d).

Ad *Constantium et Constantem Augustos* habet porro titulus: et jure id quidem; nam hisce imperatoribus, ut ex compluribus locis abunde patet, inscriptus est. Falsus igitur est Baronius, qui librum ad *Constantinum et Constantem* scriptum esse putat.

Omnia enim historica quæ commemorat, post interitum Constantini, qui anno 340 evenit, acciderunt. De litteris V. C. nomini Firmici additis jam exposui.

#### VIII.

Jam vero ad argumentum libri exponendum accedo, Hertzium plerumque secuturus. Hoc tantummodo in prævium monebo: in Proœmio mutilo, mea quidem sententia, haud multa desiderari. Folia enim a codice Mindensi haud abscissa videntur, cum titulus adsit, et Flacius initio tantum habeat: *Desunt quædam*. Si vero titulus ab initio abfuisset, et ad calcem libri tantum adjectus fuisset hisce verbis: *Ex-*

(c) Ibid.

(d) Onomast., p. 905.

plicit Jul. Firmici Materni V. C. de *Errore Profanarum Religionum*, cujusmodi subscriptiones in multis veteribus libris leguntur, Flacius certe indicasset. Deest igitur brevis ad Imperatores allocutio et argumenti expositio. Transiisse videtur ad Christiana quædam dogmata de creatione mundi deque lapsu Protoplastorum insidijs diaboli seductorum; quibus viam sibi munivit ad Ethnicos (hos enim, licet imperatoribus liber sit inscriptus, sæpe alloquitur) admonendos, ut a simili fraude sibi caveant. Facilis hinc ad originem oraculorum divinationumque transitus, ex sententia Hertzii editionibus, quæ lacunam habent mox post initium, superstructus. Codex vero Mindensis, ut editio princeps Flaciana docet, nullam habet. Neque video cur necesse sit verba præmii: *Manifestis rationibus exemplorumque testimoniis divinationem probabimus per diabolum esse inventam et perfectam*, ita accipere, ut isthoc scriptor primum agere decreverit, cum in eis quæ sequuntur ad hoc argumentum sæpius redeat. Sed cum initio libelli dogmata quædam Christiana tetigisse, Hertzii compluribus argumentis probavit, veri saltem simillimum reddidit. « Si fragmentum tantummodo est, inquit, quod exstat, si huic præcessit dogmatum quorundam Christianorum expositio, absonum a vero mihi quidem non videtur Christianæ religionis apologiam suo ævo accommodatam Firmicum conscripsisse, mutatisque quæ pro ratione temporum mutanda viderentur, eundem in hac adornanda, quem priores apologetas servasse videret, ordinem tenuisse. » Hoc quidem Hertzio lubens largior, si modo brevissime indicata potius quam exposita fuerint. Ubi vero addit: « Divinæ nempe religionis dogmata atque sacra, nec non integros Christianorum mores in priori tractatus parte adversus obtrectiones Gentilium defendit, in posteriori vero profanarum detexit religionum errores; » monebo: Firmicum potius adversarii superstitionis Ethnicorum quam apologetæ dogmatis cultusque Christiani personam egisse. Neque illa amplius ætate opus erat apologis eo sensu, quo ab Athenagora, Justino, Tertulliano, Minucio Felice, aliisque, florente numinum cultu, conscriptæ erant. Namque Constantiniano ævo omnes jam Ethnicorum res vacillabant; imperatores sese Christo addixerant; immensa hominum multitudo aras deorum deseruerat; leges jam in Ethni-

cum cultum latæ erant, qui olim dominans nunc fere opprimebatur. Hæc sane considerari et perpendi debent, ubi Firmicus cum antiquioribus apologetis componitur; inde explicanda est totius orationis diversitas, quæ vel ad cultum Ethnicorum vi destruendum imperatores plus semel hortatur atque excitat, id quod antiquioribus apologetis, licet et hi hostilem in religionem quam aggrediuntur animum ubivis ferelocorum declarent, in mentem numquam venire potuit.

## IX.

Editiones Firmici, quæ mihi innotuerunt, sunt sequentes:

Jul. Firmici Materni V. C. de *Errore Profanarum Religionum* ad Constantium et Constantem Augustos liber, nunquam antehac in lucem editus. Excusus Argentinae apud Paulum Machæropœum, sumptibus Johannis Oporini, anno 1562, in-8°. Præfation. subscripsit Matt. Flac. Illiricus. *Editio Princeps*.

— Paris., 1575.

— Cum Mythologicis Latinis cura Hieronymi Comelini. Heidelberge, 1599, in-8°.

— Paris., 1610.

— Jul. Firmicus de *Errore Profanar. religionum* Jo. a Wower recensuit (Hamburgi) 1605, in-8°.

— Cum Minutio Felice. Oxonii, 1662, in-8°.

— In Cypriani operibus ed. Philippi le Prieur.

— Paris., 1666, in folio.

— Cum notis Woweri, Oxon 1678, in-8°.

— In Galland. Bibl. Patrum tom. v, 65 seq.

— In Bibliotheca P. P. Maxima tom. IV, p. 164-179.

In N. Rigaltii ed. Minucii Felicis et Cypriani de *Idolorum vanitate*, cum notis J. a Wower, una cum novo indice. Lugd. Batav., 1645, in-8°.

— Ead. editio repetita, accedente cura Jac. Oisellii Lugd. Bat., 1652, in-4°.

— In Jac., Oisellii Minucio Felice. Lugd. Batav., 1672, in-8°.

— Minucio Felici ed. le Maire adjunctus, Lugd. Bat. 1652. Qu.

— In Jacobi Gronovii Minucio Felice et Cypriano de *Idolorum Vanitate*. Lugd. Bat., 1709. Eadem edit., cum novo saltem titulo, prodit Roterod. 1745, in-8°.

— Cum Arnobio in editione PP. Latinorum Oberthuriana. Wirceburgi, 1785, vol. V. Ex qua Firmici textum in singula capita divisi.

Belgice vertit notisque illustravit G. Kempfer 1718.

## JULII FIRMICI MATERNI V. C.

## DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM.

## PRÆMIUM.

.....  
quod in fabricatione hominis artifex fecit<sup>a</sup>, ut antea

<sup>a</sup> De lacuna diximus in præfatione (*Col. præc.*, n. VIII init.), ubi quoque Hertzii sententiam attulimus de omissis. Haud ita multa ea esse, verba

diximus, annis perditorum commonitionibus ac communicationibus specialiter retexenda sunt<sup>b</sup>. In testificationem veritatis manifestis rationibus exem-

Flacii indicare videntur.

<sup>b</sup> Priores editiones conjungunt verba in *testifica-*

plorumque testimonis divinationem probabimus per A diabolum esse inventam <sup>a</sup> et perfectam, ut per hoc spiritus maculata cogitatione, spe fluxæ felicitatis, perversa discretione perverteret miseros homines perpetuis calamitatibus implicitos <sup>b</sup>.....

## CAPUT PRIMUM.

*Elementa ponit esse principia rerum; cum vero hæc diversa sint et potestate contraria, eorum nullum esse summum numen (licet de igne tantum hoc loco loquatur, cæterorum cultu in sequentibus destructo), sed omnia Deum fabricatorem et moderatorem habere.*

Quatuor Elementa esse principia creaturarum nemo est qui dubitet (id est, ignem, aquam, aerem B et terram). Sed hæc Elementa diversa sunt, vel in potestate contraria. In errore sunt itaque gentes quæ cum elementis tribuant principatum <sup>c</sup> adhuc deputant ignem, quasi summum Deum <sup>d</sup>, quasi cætera ex ipso habeant substantiam calore: nescientes, quod omnia Elementa ex ipsa sint sua contrarietate conjuncta, et quod et ipsa habeant fabrica-

tionem cum antecedentibus, præmisso commate. At totus sensus suadet, incipere hic novam sententiam. Itaque punctum posuimus.

<sup>a</sup> In hac assertionem consentiunt Patres. v. c. Tertullianus: *dæmonium oraculi Pythii*; de Oratione c. 13. Eodem sensu omnes errores falsasque religiones uno ore dæmonis tribuebant Athenag. Legat. pro Christianis c. 23, qui ἀπατηλὸς τῶν ἀνθρώπων eos vocat; Minuc. Felix in Octavio, c. 26; Arnobius C adv. Gentes 1, c. 56; et ipse Firmicus, c. 27. Reliquum laud omnes Ethnicos divinationibus fidem adhibuisse, laud opus est ut exemplis ex historia petitis uberius demonstremus. Philosophus Eleaticus duce Xenocrate omnes divinationes sprevisse constat; cf. Cicer. de Divinat. 1, 3; Plutarch. Plac. Philos. 1, 4, qui idem de Epicuro asserit; Brandis. Comment. Eleaticæ 1, pag. 71.

<sup>b</sup> Hanc vocem *implicitos* apud Wowerum aliosque editores excipit lacuna, cujus tamen nullum in editione principe indicium. Si qua fuit, promissis suis stetit Firmicus atque de origine divinationum ex astutia diaboli atque odio quo humanum genus persequabatur, ex historia et antiquitatibus complura congressit.

<sup>c</sup> Cultum Elementorum obiter tangit Athanasius κατά Ἑλλήνων c. 9. Hæc quoque culta fuisse Persis, docet Creuzerus *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, I. 651; Kleuker *Περσικά im Anhang zum Zendavesta* c. 20, 114.

<sup>d</sup> Persas innuit. De ignis cultu apud Persas v. Herodot 1, 151; Maxim. Tyr. serm. 38; Theodoret. Hist. eccles. v, c. 39; Evagr. Hist. eccles. c. 14; quos, utpote temporibus Firmici fere æquales, hic excitasse sufficiat. Adde Eustathium in Dionys. de Situ orbis, de Persis hæc habentem: τὴν οὖν πῦρ. Plura ap. Brissonium de regio Persarum principatu (Argentorati, 1710) p. 349, et Creuzerum *Symbolik und Mythologie*, I. 692, 713. De cultu Solis et Mithræ apud Persas celebratissimo vide Creuzerum IV. p. 410; de aqua Persis sacra vide Brissonium p. 356: *Adhuc deputant*..... Sic Tertullianus adv. Valentinianos c. 52: *Ad Persas si forte deputabimur*, h. e. si Persarum religione uti docemur; Apolog. c. 46: *Deputor angelis, non angelus non angela*; de Præser. c. 21, et sæpius. Vide Indicem Semlerianum latinitatis Tertullianæ, vol. VI.

tores Deum, qui singula suis locis ordinibusque constituens creavit, quod aut mente, aut cogitatione colligimus, aut certe quod oculis cernimus divina verbi sui societate compositum (Joan. 1, 2, 3), sequata corporum moderatione in hoc toto.

## CAPUT II.

*Aquæ cultum apud Ægyptios refutat.*

Ægypti incolæ aquarum beneficia percipientes, aquam colunt <sup>e</sup>, aquis supplicant, aquas superstitionis votorum continuatione venerantur. Sed in sacris suis (quæ mysteria vocant <sup>f</sup>) addunt tragica funera et funesta calamitatis metuendæ certamina <sup>g</sup>. Iacustum cum sorore adulteriumque aiunt commissum, et hoc facinus severis mariti animadversionibus vindicatum. Isis soror est <sup>h</sup>, Osiris frater, Typhon maritus; is cum comperisset Isidem uxorem incestus fratris cupiditatibus esse corruptam, occidit Osirim, artuatimque laceravit, et per omnes Nili fluminis ripas miseri corporis palpitantia membra projecit. <sup>i</sup> Isis, repudiato Typhone, ut et fratrem sepeliret et conjugem, adhibuit sibi Nephthem sororem <sup>j</sup> sociam,

<sup>e</sup> Athanas. κατά Ἑλλ. c. 24: Πάντων μάλιστα Ἀίγυπτιοὶ τὸ ὕδωρ προσημασίασι, καὶ θεοὺς ἀναγορεύουσι. Idem de Incarnatione Verbi Dei. c. 45. Sic quoque Plutarchus de Iside et Osiride c. 5, nihil in majore Ægyptiis esse honore quam Nilum, asserit. Wow. — Hunc ut Deum coluerunt atque in statuis numisque repræsentarunt (Eckhelii Doctrina Numor. Veterum IV, p. 36). Nota est aquæ Nilicæ sanctitas, quæ Romanis usque ad sacros usus debebatur. Hanc Ægyptiorum superstitionem laud dubie in primis respicit Lactantius Instit. Divin. II, c. 6. Constantinus M. cultum Nili jam prohibuerat (Euseb. Vita Constant. III, c. 23). Aquam omnium rerum principium habebant Indi (Creuzer. I, 595); et apud Græcos Thales; Cicero de Nat. Deorum I, 25; Lactant. II, 10; Arnob. II, 9; et ibi Elmenhorstius et Orellius.

<sup>f</sup> Glossema. Wow. — Opponunt tamen sacra hæc arcana publicis illis, de quibus primis hujus capituli verbis Firmicus egerat. De his mysteriis quæ posteriorum sunt temporum, quæ imprimis spectat Firmicus, consule cæterum San-Crucium *Mystères du Paganisme*, tom. II, p. 151 seq., et Creuzerum I, 259 seq.

<sup>g</sup> Totam hanc fabulam singulari libro complexus est Plutarchus, unde his Firmici petenda interpretatio. Wow.

<sup>h</sup> Isis historiam narratam fuisse ad Euhemero, testis est Minucius Felix Octav. c. 21. Euhemerus exsequitur et eorum (deorum) natales, patrias, sepulcra dinumerat, et per provincias monstrat: Dictæi Jovi, et Apollinis Delphici, et Phariæ Isidis, et Cereris Eleusinæ, Prodicus assumptos in deos loquitur, qui errando inventis novis frugibus, utilitati hominum profuere. Cf. Ouzelium ad h. l.

<sup>i</sup> Plutarch. de Iside et Osiride c. 18; Diodor. Sic. I, 21. De morte et dilaceratione Osiridis vide quæ collegit Creuzerus Symb. et Mythol. I, 259 seq. et 302 seq.

<sup>j</sup> Illam Typhonis sororem et conjugem; hunc Osiridis et Nephthis filium. Plut. de Iside et Osiride c. 14; Jablonsky Panth. Ægypt. III, 46, 112, 113, 118, 119. Nomen ex Jablonskii conjectura originem habet Ægyptiicam, sive a verbo significante *quod vento expositum est*, sive ab alio, significante *quod terminum ponit*, p. 120, 121.

et Anubin venatorem <sup>a</sup>. Cui ideo caninum caput <sup>b</sup> A Illa, quam despicias <sup>k</sup>, ignita venerandi spiritus majestate decoratur <sup>l</sup>: ut ex ipsa per veteres conscientiae cicatrices credentibus hominibus salutaris sanitas irrigetur. Sed in his funeribus et luctibus, quæ vere sunt funera, quæ facta sunt, quorum exstant hodie quoque reliquiae (nam et sepulcrum Osiridis hodie in Ægypto est <sup>m</sup>, et cremati corporis reliquiae cernuntur <sup>n</sup>) defensores eorum volunt addere physicam rationem. Frugum semina Osirim <sup>o</sup> dicentes esse, Isin terram <sup>p</sup>, Typhonem calorem <sup>q</sup>: et quia maturatae fruges calore, ad vitam hominis colliguntur, et a terræ consortio separantur, et rursus appropinquante hyeme seminantur, hanc volunt esse mortem Osiridis, cum fruges reddunt <sup>r</sup>; inventionem vero, cum fruges genitali <sup>s</sup> terræ fomento conceptæ, nova rursus coeperint procreatione generari. Pone hanc veram esse sacrorum istorum rationem, pone propter fruges vota reddi numinibus, quid addis incestum, quid adulterium, quid miserandæ animadversionis exitium? Quid errantibus hominibus et simpliciter peccare cupientibus de sacris tuis malum monstras exemplum? physica ratio quam dicis, alio genere celetur. Quid autem celari oportuit, quod omnibus notum est? Cur plangitis fruges terræ, et crescentia lugetis semina? Ad sustentationem generis humani hæc omnia divina summi Dei liberalitate donata sunt. Agendæ sunt summo Deo gratiæ propter hoc, nec est summi Dei lugenda largitio. Detele potius quod erratis, et, quod errorem ve-

<sup>a</sup> Rectius forte *latratorem*. Sic *latrator Anubis*, apud Virgil. *Æn.* viii, 698; et *latrans Anubis*, Propert. Elegiar. lib. iii, eleg. 10, v. 41, nisi venator dicatur, quia artificio canis vestigantis, ut ait Firmicus, lacerati corporis partes invenit.

<sup>b</sup> Cynocephalus inventor dicitur apud Minuc. Felicem in Octav. c. 24. Sic quoque describitur ad Apuleio: *Attollens canis cervices arduas Anubis, læva caduceum gerens*. Athanas. καὶ Ἑλλ. c. 9.

<sup>c</sup> Synesius de Providentia p. 91 seq. usque ad 124, ed. Petavii. Wow.

<sup>d</sup> Colebatur tamen in Idolis templisque. Vide Thorlacii mel Progr. de Typhonis Ægyptiorum. Hafniæ, 1822. Horum Typhoniorum reliquiae adhuc supersunt.

<sup>e</sup> Athanas. καὶ Ἑλλ. c. 10. Wow.

<sup>f</sup> Plutarch de Iside et Osiride c. 4; Artemid. Oneirocrit. i, c. 23; Euseb. Præp. Evang. ii, c. 1; Prudent. c. Symmach. i, vers 609:

Isidis omissum semper plangentis Osirin.  
Mimicaque et rideunda suis solemnia calvis.

Synesii encomium φαλακρίας, p. 79, ed. Petav. Tonderi autem solitos in luctu ex Plutarcho *περὶ δεισιδαιμονίας* et aliis notum. Wow.

<sup>g</sup> Herodot. ii, 61, hoc de festo Isidis Busiritico narrat, atque de Caribus in Ægypto habitantibus addit, eos cultris facies vulnerare. Lactantius Div. Inst. i, c. 21. Isidis Ægyptia sacra sunt, quatenus filium parvulum vel perdidit vel invenerit. Nam primo sacerdotes ejus deglabrato corpore sua pectora taudunt et lamantantur; sicut ipsa, cum perdidit, fecerat. Deinde puer producit quasi inventus, et in lætitiâ luctus ille mutatur. Theophilus ad Autol. i, c. 14. Wow. — Athenagoræ Legat. c. 12; Minuc. Felic. Oct. c. 21. Similia habet carmen ad senatorem, qui a religione christiana defecerat, in Cyprianicis, Lampridius in Commodio c. 9, Isiacos pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat.

<sup>h</sup> De perduto Isidis filio idem habet Minuc. Felix, c. 22. *Mox invento parvulo, gaudet Isis, exsultant sacerdotas*.

<sup>i</sup> Niliacam (Plut. de Iside et Osiride c. 5), atiamque Fontium sacrorum, fluminumque ab Ethnicis cultam. J Osiridis.

<sup>k</sup> Sc. Aqua baptismi.

<sup>l</sup> Alludit ad historiam baptismi Christi. Luc. iii, 21; Joan. i. 32, 33.

<sup>m</sup> Intelligit Busirin, in qua vacca lignea inclusum Osiridis corpus ab Iside sepulchrum fuisse tradit Diodorus Siculus i, 85. Alias ejus urbes sepulchrales ex alia traditione eodem loco refert, quarum præter Busirin celebriores erant Philæ, Abydos et Memphis. Neque reticet Nili abyssos inter Elephantinen et Syenen. Vide Creuzerum i, 259. seq. et Commentat. Herodoteas i, c. 2, §§ 10, 11, 15: καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδος δείκνυσται, ἀλλὰ καὶ ταρχεῖα; Athanas. c. 25. Multa supersunt Amuleta Ægyptia, quibus columna in qua Isis corpus Osiridis abscondidit (Plutarch. de Is. et Os. c. 15) representatur; quorum hæc est figura: ☩

<sup>n</sup> Unde Firmicus hæc hauserit, nescius sum. Nova videtur esse fabula, neque facile ex Euhemero. Sed in Ægypto cadavera nunquam crenabantur.

<sup>o</sup> Athenag. c. 19; Euseb. Præp. Evang. ii, c. 1, iii, c. 42, aliter Plutarch. de Is. et Os. c. 33. Vide Suidam in *ἄγρα*. Wow.

<sup>p</sup> Cf. Ouzel. ad Minuc. Fel. p. 162, 163, et Creuzerum *Symbol. und Mythol.* iv, 220.

<sup>q</sup> Plutarch. de Is. et Os. c. 35: *Typhon ventus ardens et pestilens Orientalibus Semum dictus*. Jablonky Pantheon Ægyptior. iii, 84, 85, 91, 92. V. Norbergii D. de Semum vento in Opusculis Academicis, Londini Gothor. 1819. iii, p. 302.

<sup>r</sup> Lege: *redduntur*. Wow.

<sup>s</sup> Lectionem editionis principis *genitalis* *Womemus* mutavit in *genitali*.



strum restauratis semper luctibus, plangite. Nolite annuis sacris quærere funus alienum; vestris potius funeribus parate solatia per annos singulos. O miser homo! invenisse te nescio quid gaudeas, cum animam tuam ex istis sacris per annos singulos perdas. Nihil illic invenis nisi simulacrum, quod ipse posuisti, nisi quod iterum aut quæras aut lugeas. Quære potius spem salutis, quære exordium lucis, quære quod te summo Deo aut commendet, aut reddat. Et cum veram viam salutis inveneris, gaude, et tunc erecta sermonis libertate proclama *Εὐρίκαμεν, συγχαίρομεν* <sup>a</sup> cum ab his calamitatibus post pœnitentiam tuam summi Dei fueris indulgentia liberatus.

## CAPUT III.

*Terræ cultum apud Phryges refutat.*

Phryges, qui Pessinuntem incolunt <sup>b</sup>, circa Galli fluminis ripas <sup>c</sup> terræ cæterorum elementorum tribuunt principatum, et hanc volunt omnium esse matrem <sup>d</sup>. Deinde ut et ipsi annum sibi sacrorum ordinem facerent, mulieris divitis ac reginæ suæ amorem, quæ fastus amati adolescentis tyrannice voluit ulcisci <sup>e</sup>, cum luctibus annuis consecrarunt. Et ut satis iratæ mulieri facerent, aut ut pœnitenti solatium quærerent, quem paulo ante sepelierant, revixisse jactarunt, et cum mulieris animus ex impatientia nimii amoris arderet, mortuo adolescenti templa fecerunt. Tunc quod irata mulier pro injuria spectata fecerat formæ, hoc ordinantes a se pati voluere sacerdotes <sup>f</sup>. Sic annuis sacris cum honore terræ istius funeris pompa componitur, et cum persuadetur hominibus quod colant terram, miseri funeris venerantur exitium. Illic quoque, sacratissimi imperatores, ut error iste celetur, etiam hæc sacra physica volunt esse ratione composita <sup>g</sup>. Amare terram volunt fruges, amatum verò hoc ipsum volunt esse, quod ex frugibus nascitur; pœnam autem,

<sup>a</sup> Verba solemnia exclamantium in sacris Isiacis, invento corpore Osiridis. Scholiasta Juvenalis ad illa Sat. viii, vers. 29:

Exclamare libet populus quod clamat Osiri  
Invento,

habet sequentia: *Populus Ægypti invento Osiri dixit: Εὐρίκαμεν, συγχαίρομεν.* Ita enim Iidem inventis Osiridis membris exclamasse putabant; vide Cramerii editionem hujus Scholiasta: (Hamburgi, 1825) p. 312. Eadem verba habet Athenagoras Legat. c. 19. Wow.—Cf. quoque Octavium Minucii Felicis c. 21, et Augustinum de Civitate Dei vi, c. 10.

<sup>b</sup> Strabo xii, c. 7; Ammianus Marcellinus l. xxii, c. 22. (al. 9). De lapide Pessinuntino *δυναστεῖ* qui bello Punico secundo Romam devehabatur (Liv. xxix, c. 11 et 14) multi sunt: Appianus de bellis Annib. c. 56; Herodianus I, c. 2; Arnobius adv. Gentes vi, c. 11, et vii, c. 46 (ORFELI.); Augustin. de Civitate Dei iii, c. 12; Tertullianus Apologet. c. 25; Lactantius ii, 7; Cicero de Haruspice. Responsis. Cf. Falconeti dissertationem *sur la pierre de la mère des dieux; Mém. de l'acad. des Inscri. et B. L.* tom. xxiii, p. 213; et si tanti est, nostras Dissertat. Antiquarias Theolice editas p. 257 seq.

<sup>c</sup> Steph. *περὶ πόλεων* in Πάλλος. Wow.

<sup>d</sup> Arnob. ii, c. 52; *Nam et videmus alios ex sapientioribus dicere tellurem esse hominum matrem*; vii, c. 33. Lactant. ii, c. 10. Censorin. de Die Natali c. 3 et 4. Servius in Georg. ii, 268. Orpheus Hymn. 25:

quam sustinuit, hoc volunt esse, quod falce messor maturis frugibus facit. Mortem ipsius dicunt, quod semina collecta conduntur: vitam rursum, quod jacta semina annuis vicibus reconduunt. Velim nunc mihi inquirenti respondeant, cur hanc simplicitatem seminum ac frugum cum facinore, cum morte, cum fastu, cum pœna, cum amore junxerint Itane non erat aliud, quod diceretur? Itane non erat, quod in agendis Deo summo pro frugibus gratis faceret misera mortalitas? Ut gratias pro renatis frugibus agas, ululas; ut gaudeas, plangis. Nec, te cum veram rationem videris, hoc aliquando fecisse pœnituit, sed hoc agis, ut annuis luctibus occupatus vitam semper fugias, mortem requiras. Dicant mihi, quid hoc frugibus profuit, ut ætus suos annuis ululatus seminem in tristitia, interfecti funeris calamitatibus ingemiscant, quod dicant physica ratione compositum, lugetis et plangitis, et luctus vestros alia ratione celatis. Novit agricola, quando terram aratro dimoveat, quando sulcis frumenta committat. Novit quando maturatas solis ardentibus colligat segetes. Novit, quando tostas terat fruges. Hæc est physica ratio, hæc sunt vera sacrificia, quæ ab sanæ mentis hominibus annuo labore complentur. Hanc simplicitatem divinitas quærit, ut homines in colligendis fructibus ordinatis temporum legibus serviant. Cur huic ordini miseræ mortis fragmenta quæsitæ sunt? Cur celatur lacrymis, quod celari non debuit? unde confiteantur necesse est, hæc sacra non in honorem frugum, sed in honorem esse composita mortis alienæ. Nam quod terram matrem esse omnium Deorum dicunt <sup>h</sup>, qui huic elemento tribuunt primas partes, vere deorum suorum mater est, nec abnuimus aut recusamus: quia ab hac collectos Deos suos, aut lapideos faciunt semper aut ligneos <sup>i</sup>. Terram omnem circumfluunt maria, et rur-

*Γαῖα θεὰ μητέρα μακάρων θνητῶν ἑ ἀνθρώπων.* De Cybele vide Rigaltii Ouzelii et Elmenhorstii notas ad Minuc. Felicem c. 21; Heraldum et Davies ad eundem; ed. Cantabrig. p. 42 et 103. Cf. quoque Orellii notas ad Arnob. tom. i, p. 79.

<sup>e</sup> Ademptis genitalibus, quia fidem non præstiterat (Attis). Huc refer quæ sequuntur *iratæ mulieri*. Lactant. Epitome c. 8. Diverse fabula narratur; alienigeni et plerique ab ipso Attide factum narrant quod h. l. Cybela iratæ tribuitur. Vide not. sequentem.

<sup>f</sup> Si hinc abesse præpositio, melior foret latinitas, Gronovius. — Mater Deum diligebat Attis: is ab Aedesti actus in furias, testula sibi genitalia desecat. Hoc in honorem magnæ Matris imitantur Galli ejus sacerdotes. Arnobius v, 7, 59, et Orell. ad h. l. Augustin. de Civ. Dei p. 4; Lucianus de Dea Syria c. 15; Euseb. Præp. Evang. ii, c. 4. et multi alii. Wow.— *Quid, qui sanguine suo libat, et vulneribus suis supplicat, non profanus melius esset, quam sic religiosus?* Verba sunt Minucii Felicis c. 24, ed. Cantabrig. p. 123, Cf. notas. ad h. l.

<sup>g</sup> De cultu Phrygio ejusque physica explicatione et cum similibus syncretismo cf. omnino Creuzerum ii, p. 36, seq. Firmicus vero omnia ad fertilitatem terræ, frugesque statuto tempore renatas refert.

<sup>h</sup> Orpheus l. c.; Platon. Polit.; Lucret. ii, 599; Varro de Ling. Lat. Verb.; Elmenhorst ad Arnob. p. 94.

<sup>i</sup> Per ironiam dicta.

sus inclusa Oceani ambientis circulo stringitur. Caeli A etiam rotunda sublimitate operitur, perfatur ventis, aspergitur pluviis, et timorem suum assidui motus tremoribus consistitur. Quid vos maneat, qui hæc colitis, considerate, cum Dii vestri infirmitatem suam vobis quotidianis professionibus prodant.

## CAPUT IV.

Item Aeris apud Assyrios et Africanos populos nonnullos.

Assyrii et pars Afrorum aerem ducatum habere elementorum volunt, et hunc imaginata figuratone venerantur <sup>a</sup>. Nam hunc eundem, nomine Junonis vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas, consecrarunt. Junonem sane, ne et huic deesset incestus, Jovis volunt ex sorore conjugem factam <sup>b</sup>. Effeminarunt sane hoc elementum <sup>c</sup>, nescio qua veneratione commoti. Num quia aer interjectus est inter mare et cælum, effeminatis eum sacerdotum vocibus prosequuntur? Dic mihi

<sup>a</sup> Ita Phoenices ex antiquissimo Sanchuniathonis testimonio ap. Euseb. Præpar. Evang. 1, c. 10 : τὸν Οὐρανὸν.... ἀνερέσασαι δύο στῆλας πυρὶ τε καὶ πνεύματι, καὶ προσκυνῆσαι, ἀμα δὲ σπίνδαν αὐταῖς ἐξ ὧν ἦρται θηρίων (ed. Orelli, p. 18). Assyrius autem sive Syrus (utrumque enim nomen a veteribus auctoribus sæpe permutatur) aerem coluisse nomine Junonis seu Veneris ex Plutarcho in Crasso, c. 17, discimus, ubi de Dea Hierapolitana : Γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς Θεοῦ ταύτης, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ σπέρματα πάντων ἐξ ὑγροῦ παρασχούσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι, καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξασαν. De enſu hujus Veneris Urania, quæ apud Babylonios Ἐμάρκα vel Ὁμορώνα, et θαλάττῃ (Πῆλ) Genitrix (Berossus ed. Richter Lip., 1825, p. 80), nec non μολίττα, (ΜΟΛΙΤΤΑ) C vel μόλις appellabatur, vid. Herodot. 1, 199, et Pausan. 1, c. 14. Apud Carthaginienses et Cyprios magna quoque religione colebatur : cf. Dissertat. nostras de religione Carthaginiensium, p. 62 seq., et de Templo Deæ Cælestis Paphio.

<sup>b</sup> Sacrum hocce summorum deorum apud omnes gentes matrimonium (cf. Crenzer. 1, p. 281), non Jovis tantum ac Junonis, sed Liberi quoque atque Liberæ (ibid. III, 570). De matrimoniis incestis deorum, ad quæ alludit Noſter, cf. Minuc. Felic. c. 31. Sic et Deos, inquit, colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore conjunctos. Eadem leguntur apud Athenagoram c. 16, 27; Clementem Alexandr. Protreptic. c. 8, p. 14; Tatian. c. 13, 16; Arnobium IV, 35, v, 9. Plura dabunt Ovid. Metamorph. III, vers. 265 :

Juno regina, Jovis et soror et conjux ;

Tertull. Apol. c. 14 : Jovem sæde subantem in saropereu; Macrob. Saturn. 1, c. 16.

<sup>c</sup> Cicero de Nat. Deorum II, c. 26 : Aer autem interjectus inter mare et cælum Junonis nomine consecratur, quæ est soror et conjux Jovis, quod ei similitudo est ætheris et cum eo summa conjunctio. Effeminarunt autem eum Junonique tribuerunt quod nihil est eo mollius. Firmicus Ciceronis locum manifeste repperit. Sic quoque legitur in Heraclidis Pontici allegorici Homericis, c. 10, p. 53, ed. Schow : Ἡ δὲ Ἥρα μετ' αὐτὸν (Διὶ) ἐστὶν ἀήρ, μαλακώτερον στοιχείον, διὰ τοῦτο καὶ θεῶν; et c. 25, p. 87. Vide Crenzerum ad locum Ciceronis, Junonem in æream (substantiam figurans, nim. superstitio), Tertull. adv. Marcionem 1, c. 13. Ægyptios cuius elemento duplicem attribuisse sexum auctor est Seneca, Quæst. Natur. III, 14.

<sup>d</sup> Eleganter Clemens Alexandrinus Pedag. III,

hocce est, quod in viro feminam quærent, cui aliter servire sacerdotum suorum chorus non potest, nisi effeminent vultum, cutem poliant, et virilem sexum ornato muliebri dedecorent <sup>d</sup>. Videre est in ipsis templis cum publico genitu miseranda ludibria, viros muliebria pati <sup>e</sup>, et hanc impuri et impudici corporis labem gloriosa ostentatione detegere. Publicant facinora sua, et contaminati corporis vitium cum maxima delectationis <sup>f</sup> macula confitentur. Exornant muliebriter nutritos crines, et delicatis amicti vestibus vix caput lassa cervice sustentant. Deinde, cum sic se alienos a viris fecerint, adimpleti tibiarum cantu, vocant Deam suam, ut nefario repleti spiritu vanis hominibus quasi futura prædicant. Quod hoc monstrum est, quodve prodigium? Negant se viros esse, et sunt; mulieres se volunt credi, sed aliud qualiscumque qualitas corporis confitetur. Considerandum est etiam, quale sit numen, quod sic impuri corporis delectatur hospitio, quod impudicis adhæret

c. 3, p. 261, in titulo capituli : Πρὸς τοὺς καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν. Arnob. II, c. 41 : Idcirco animas misit (rex mundi), ut divini ponderis et gravitatis oblitæ, gemmas, lapillos, margaritas, castitatis dispendio compararent, innecterent his colla, laminas pertunderent aurium, conficiendis quærerent corporibus fucos, imminuerent frontes limbie, fuligine oculos obumbrarent, nec in formis erubescerent masculorum calamistris vibrare casarium, cutem corporis levigare, incedere poplitibus nudis, omnique alio cultu vigorem virilitatis et exponere, et in habitum feminarum delicisque mollire? Vide Notas in ed. Orellii. Causam indicat Philochorus apud Macrobiu III, 8, ubi docet Lunam et Venerem idem esse numen : additque : et sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quod eadem et mas æstimatur et femina. Cf. Crenzeri Symbol. II, p. 165. Similia habet carmen ad Senatorem ex religione Christiana ad idola reversum inter Cypriana :

V. 3. Cujus (Matris magnæ) cultores infamia turpis inurit. Namque sacerdotes tunicis muliebribus idem Interius vitium cultu interiore fatentur. Idque licere putant quod non licet : unde per orbem Leniter incedunt, mollitaque verba loquentes, Lapsatosque tenent extenso pollice lumbos, Et proprium mutant vulgato crimine sexum. Cumque suos celebrant ritus, his esse diabus Se castos memorant; ac si tantummodo tunc sunt, Ut perhibent, casti, reliquo jam tempore quid sunt? Sed quia coguntur saltem semel esse pudici, Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem.

V. 21. Nunc etiam dicis quod te non fecerit ætas Sed tua religio calvum : caligante remota, Gallica sit pedibus molli redimita papyro.

Cf. librum nostrum de religione Carthaginiensium p. 82 et 84. Consentium cum his versus sequentes D. Commodiani, poetæ, ni fallor, Afri, Instruct. XVII,

Vidistis Dindymarios, quali fragora Luxurias ineunt, dum furias fingere quærent. Aut cum dorsa sua allidunt spurca biene, Cum doctrina sua servant quod cruore sanant.

Cf. Rigaltii et Davisii notas.

<sup>e</sup> Ubi autem magis a sacerdotibus, quam inter aras et delubra conducuntur supra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur? Minuc. Felix c. 25. Imprimis in Isidos templis. Ovid. Amor. II, Eleg. 2, v. 25, et de Arte Amandi III, v. 392; Juvenal. Sat. VI, 488; et scholiast. ed. Cramerii p. 445. Nec tamen deerant similia in aliis templis. Vide Ouzelii et Davisii notas ad h. Minucii locum. Eadem, viros in cultu Magnæ Deæ muliebria passos esse habet Athanas. κατά 'Ε77. c. 26,

<sup>f</sup> Forte, delectationis. Now.

membris, quod polluta corporis contaminatione placatur. Erubescite, o miseri! supinitatem<sup>a</sup>; aliter vos Deus fecit. Cum cohors vestra ad tribunal judicantis Dei accesserit, nihil vobiscum afferetis, quod Deus, qui vos fecit, agnoscat. Abjicite hunc tantæ calamitatis errorem, et studia profanæ mentis aliquando deserite. Nolite corpus, quod Deus fecit, scelerata Diaboli lege damnare, calamitatibus vestris, dum adhuc tempus patitur, subvenite. Misericordia Dei dives est<sup>b</sup>, libenter ignoscit. Relictis nonaginta novem ovibus, amissam querit unam (*Matth.* xviii, 12; *Luc.* xv, 4). Et reverso pater prodigo filio vestem reddit, et parat cœnam (*Luc.* xv, 22). Nulla vos desperare faciat criminum multitudo: Deus summus per filium suum Jesum Christum Dominum nostrum volentes liberat, et pœnitentibus libenter ignoscit, nec multa exigit<sup>c</sup> ut ignoscat. Fide tantum et pœnitentia potestis redimere, quicquid sceleratis Diaboli persuasionibus perdidistis.

<sup>a</sup> Editio princeps, *summitatem*; aliæ, *sublimitatem*. Wowerus restituit *supinitatem*.

<sup>b</sup> Respicit *Matth.* xviii, 27.

<sup>c</sup> Wowerus, forte: *nec multam exigit*. Haud necessaria videtur correctio.

<sup>d</sup> Ignem procedenti Cyro prælatum fuisse testatur Xenophon *Cyropæd.* libr. viii, c. 3, 12. Qui quidem ignem præferendi nos a Persis ad Romanos postea migravit; Augustus enim, si non prius, a M. Aurelii tamen et Commodi inde tempore ignem ut symbolum imperii et Augustalis honoris prælatum esse patet ex Herodiani lib. i, c. 8, 16, ii, c. 8, aliisque hujus scriptoris locis. De Phœnicibus ignis cultoribus consule locum Sanchuniathonis ad c. 4, relatum apud Euzeb. *Præp. Evangel.* i, c. 10.

<sup>e</sup> Clement. Alexandr. *Protr.* c. 5, p. 56: *Περσῶν δὲ οἱ Μάρτυροι τὸ πῦρ τετιμῆρασι, καὶ τῶν τῆν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί*. Maximus Tyrius *serm.* 58; Socrat. *H.* E. vii, c. 8; Ruffinus *Hist.* ii, c. 26; et multi alii. Persæ omnia elementa colunt tanquam claræ Dei sobolem, *οἱ τὰ στοιχεῖα θεοποιούντες*, igni vero et luci primarium locum assignabant. Huc enim denique spectant atque referunt omnes notiones sublimes sanctæque. Theodoret. *Hist. Eccles.* v, c. 38, ed. Schulz. iii, p. 1082. De Babyloniis ignem atque aquam colentibus cf. Berosum ap. Clementem *Protrept.* cap. 5, pag. 57, Potter.

<sup>f</sup> Apud Xenophon. *Ζεὺς μέγιστος καὶ βασιλεύς*. Ejus summum numen universitatem rerum igne penetrans vivificat movetque.

<sup>g</sup> Sunt hæc divinæ potestates secundum decreta Philosophiæ: omnium fere veterum populorum, mascula, procreatrix, et femina, parturiens.

<sup>h</sup> Haud dubie respiciunt Mithram deum et Mitram deam Persarum, de quibus consulatur Creuzerus *Symb. und Mythol.* i, 728, seq. Uterque erant ignis masculus et femina. Jovem quoque, quatenus cum aere componebatur, *δρυφῆ* sibi figurabant Græci, teste Athenagora c. 18. *Πᾶσα δρυφῆ* vocat Plato in *Cratylō* haud quidem crediderim, ut non nulli autumant, propter inferiorem eamque serinam corporis partem, sed quia pro naturæ, gemina ista quam indicavimus potestate instructæ, numine habebatur.

<sup>i</sup> Adde ad ant: *viri*, vel ante *ignis*, quod malim. Habent enim duas statuas, alteram masculam, alteram muliebrem, quæ ipsis sunt imagines, seu symbola duplicis substantiæ ignis. Facem præfert Strabo, qui xi, c. 8, p. 478 ed. Tzschucke, de statu loquitur. Anaitidis et Omani atque Anandati Persicorum Geniorum, a Sacis et Massagetis Zelæ in eadem arâ positæ. Cultum autem hunc imaginum apud Persas ab *Artaxerxe Darii Ochi filii* introductum fuisse,

## CAPUT V.

*Item Ignis apud Persas. Horum mysteria fabulasque detegit, lascivos tristesque ritus detestatur, admixtis sæpe e sacris Christianorum cohortationibus, et ad finem capituli, ubi post secundam lacunam de anima humana loquitur, philosophico etiam de indissolubili animi anima ratiocinatio.*

Persæ et Magi omnes, qui Persiæ regionis incolunt fines, ignem præferunt<sup>d</sup> et omnibus elementis putant debere præponi<sup>e</sup>. Ii itaque Jovem<sup>f</sup> in duas dividunt potestates<sup>g</sup> naturam ejus ad utriusque sexus transferentes<sup>h</sup> et viri et fœminæ simulacra ignis substantiam deputantes<sup>i</sup>, et mulierem quidem triforâ vultu<sup>j</sup> constituunt, monstrosi eam serpentibus illigantes<sup>k</sup>. Quod ideo faciunt, ne ab auctore suo diabolo aliqua ratione dissentiant<sup>l</sup>: sed ad dea sua serpentibus polluta, maculosi diaboli insignibus adornetur. Virum vero abactorem boum<sup>m</sup>

Beroso auctore (*lib.* iii, p. 70 ed. Richter) perhibet Clemens Alex. *Protrept.* c. 5, p. 57 *Pott.*

<sup>j</sup> Quatenus in eam ex mente Græcorum coaluerant Myiitta, Artemis et Persephone (*Creuzer* i, 725). Nam de idolo tricipiti ad formam Hecates ficto non est quod cogitemus. Et licet Mithras artis operibus sæpe fuerit expressus, de Mitra tamen iisdem representata nunquam me legere memini, nisi mox sequentia huc pertineant.

<sup>k</sup> Nescio an hoc referri possint, vel cum hisce Firmici aliquam similitudinem habeant, quæ Diodorus Siculus *lib.* ii, c. 9, p. 125 *Wesseling.*, narrat de statua Opis sedentis in cacumine Pyramidis quæ Belo Babylone exstructa erat. Hanc enim duo serpentes comitabantur, quos quidem nominis nature satellites sive socios fuisse non est quod miremur. Cæterum, cur Solis statuæ draconis effigies subjungi solita fuerit, docet Macrobius *Sat.* i, c. 19 et 20.

<sup>l</sup> Respicit historiam lapsus Protoplastorum *Genes.* iii.

<sup>m</sup> Mithram. Is enim vocabatur *Βουκλόπος*. Porphyrius de *Antro Nymph.* c. 18: *καὶ Βουκλόπος θεὸς τῆ γενέσει λεληθότως ἀκούων*. Unde abactor boum, quod diserte expressit Statius *Theb.* i, vers. 720.

Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Ejus *τελετῆ* idcirco vocatur *βουκλοπῆ*; et, quia quinquennis in orbem redibat, propterea *κύκλω Βουκλοπῆς* dixit Poeta, h. e. solemne et in orbem rediens festum. Jos. SCALIGER apud Wowerum—Furem quoque appellata Commodianus *Instruct.* xiii,

Insuper et furem adhuc depingitis esse....

Vertebatque boves alienos semper in antris,

D cum Hercule Caci boves abigente confundens. Cf. *Zorg.* *Abhandlungen*, edente Welckero, p. 151. De hoc Mithra *Βουκλόπω* vide Creuzerum *Symb.* i, p. 785 seq. Kleukero taurus est symbolum feminæ. Nescio an recte: nam nunquam vacca, semper tauri habet formam. Attamen Luctatius ad Statii *Thebaidos* i, vers. 719, 720, per taurum Lunam a Mithra subactam intelligit. Erit vero potius symbolum tauri primigenii a venenatis Ahrimanis creaturis necati, cujus semen a bonis Geniis Lunæ servandum credebatur. Qua forte de causa Mithras, principium naturæ activum, in monumentis taurum eo consilio pugione interficiens representatur, ut omnes plantæ ex cadavere ejus, omnia autem animalia ex ejus semine nascerentur. Hanc explicationem *Zorga* inter alias proponit, licet eam probare haud videatur. Cæterum sunt hæc mysteria Mithriaca, de quibus confer *Sainte-Croix*, *Recherches historiques et critiques sur*

colentes, sacra ejus ad ignis transferunt potestatem. A Sicut Propheta ejus nobis tradidit, dicens: *Μικτάσω μυστάσω ὁ κλοπίης σὺνδτε πατρος ἀγάου* <sup>a</sup>. Hunc Mithram dicunt <sup>b</sup>. Sacra vero ejus in speluncis abditis tradunt, ut semper obscuro tenebrarum squalore demersi, gratiam splendidi ac sereni luminis non videant. O cæca numinis consecratio; o nefariæ legis fugienda commenta! Deum esse credis,

*les mystères du Paganisme*, II, p. 121 et Zoegæ Diss. de operibus artis ad cultum Mithriacum spectantibus, in actis R. Scientiar. Societatis Danicæ de anno 1806, *theotisce in Zoëga's Abhandlungen*, edente Welckero, ad notas 1-5. Cf. Kleukerum in Persicis (*Anhang zum Zendavesta*, II, 2, p. 128), qui Firmici magnam religionis Persarum peritiam laudat.

<sup>a</sup> Emenda: *Μικτήσω βούδς μύσταί... Κύκλα Βοσλοπίης συναϊδτε πατρός ἀγάου*. Wow. Firmicus de industria truncavit acroteleuion prioris versus, ut sæpe auctores solent facere. Sed posterioris versus, lacunæ sunt a librariis, aut ab eo qui primus Firmicum edidit, quod litteras *δυναναγνώστους* non posset consequi. Jos. SCALIGER apud Wowerum, p. 122.—Cf. Woweri epistol. Centur. II, no. 38. Interim in Scaligeri epistola hic laudata non apparet aliqua ignis mentio; et quis credat, prioris versus primam partem citatum iri cum sequente versu, ut voluerit ille tantam lacunam esse? Gronovius.—Verba *πατρός ἀγάου* lucem aliquam accipiunt ex verbis a Clemente Alexandrino Protrept. c. 2 allatis, *ταῦρος πατήρ δράκοντος καὶ πατήρ ταύρου δράκων*, quæ quoque habet Arnobius v, 21, et not. Orellii.

<sup>b</sup> De Mithra, Solis genio apud Persas vide quæ Creuzerus disputavit *Symbol et Mythol.* I, p. 720 seq. Ejus in auctoribus frequens sit mentio; sed plerumque ex mente Paganismi. Qui rectiorem sibi notionem informare gestiunt adeant sacrum Persarum librum Zend-Avestam. Saxa quoque vetera haud raro, sed serioris ætatis et, quod sciam, tantummodo latina MITHRAM INVICTUM commemorant DEUM. Respiciunt enim sacra Mithriaca a piratis illis Cilicibus a Pompeio M. domitiis aut inventa aut propagata, et post Antonini Pii tempora per omnem fere Occidentem disseminata.

<sup>c</sup> Locus classicus apud Porphyrium de antro Nympharum c. 6. Primus Zoroastres apud Persas, ut narrat Eubulus, speluncam natura factam in Persiæ montibus, consecravit, in honorem rerum omnium auctoris et parentis Mithræ, ut per speluncam significaret mundum a Mithra conditum. Hæc Luctatius ad illa Statii Thebaidos I, vers. 719.

Seu Persei sub rupibus antri  
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Hinc patet quam diversa a Zoroastrica doctrina fuerit Mithræ religio. Nam ab Oromasde mundum esse conditum purior magismus constanter docuit. Sacra Mithriaca commemorant Justinus Martyr Dial. c. Tryphone ed. Jebb. p. 213; Append. Tertulliani de Præscr. Hæret. c. 40; de Corona militis c. 15. Erubescite commilitones ejus, jam non ab ipso judicandi sed ab aliquo Mithræ milite: qui cum initiatur in spelæo, in castris vere tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi nimium martyrii, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obvia manu a capite depellere, et in humerum, si forte, transferre, dicens Mithram esse coronam suam. Wow. Anaglypha quæ passim in Italia, Gallia atque Germania conspiciuntur, Mithram proponunt taurum macantem, haud raro in spelunca. (Zoega l. c. p. 145, 161, et Seel in libro *die Mithrageheimnisse*). In Dactylitheicis obvia sunt gemmæ cælatæ, corvos, leones, scorpiones exhibentes ad eadem sacra alludentes. Hujusmodi anaglyphorum meminit Luctatius ad Statii locum laudatum de speluncis Mithriacis. Si

plura cupias. vide quæ ex citatis auctoribus, nec non Hieronymo et Agathia congesserunt Lindenbrogus in Notis ad Luctatum et Kleukerum in Persicis mox laudatis.

<sup>d</sup> Nullum aliud scelus a Mithra commissum commemorat Firmicus, nisi quod boves abegerit. Sed symbola hujus cultus haud intelligit.

<sup>e</sup> Itaque Mithriaca sacra a Persarum religiones diversa statuit; et tamen in antecedentibus utraque confundit.

<sup>f</sup> Sensus haud assequor. Cur enim Romani aliam plane religionem colentes Romano nomine dignum putarent, quod sacrorum Zoroastricorum a Mithriacis diversitatem assererent? Quomodo verba *ac Persarum sacris* cum antecedentibus cohæreant, equidem haud video. Neque facilius erit interpretatio, si *dignum in dignius* mutaveris.

<sup>g</sup> Locus affectus quem non tento. Etsi enim solæcismum *legibus sequi* corrigas, haud tamen video quo modo hæc verba cum antecedentibus conjungenda sint. Lacuna hunc locum excipit, qua sensus interruptus est.

<sup>h</sup> Verba hæc, ut insula, inter duas lacunas posita neque cum antecedentibus, neque cum sequentibus cohæreere videntur. Quod si vero nexum aliquem cum antecedentibus intercedere statuas, sermo erit de initiationibus Mithriacis, leviscula mutatione vocis *armata* in *armatus* facta. Namque constat mystas Mithriacos dictos fuisse Mithræ milites: vid. Tertull. de Corona militis, c. 15 et Zoegam l. I, p. 158. Si tamen hæc displicent, cogitandum forte erit de ritu arcano religionis Zoroastricæ, ad cujus commemorationem viam sternere potuerunt verba quæ hocce fragmentum præserunt: *At Persarum legibus sequatur*.

Plutarchus enim in Ariaxerxe, c. 5, hunc Persarum regem, a Græcis *Mnemon* appellatum (eundem quem Berossus lib. III, ed. Richt. p. 70, Anaitidis simulacra in variis imperii sui urbibus colenda proposuisse tradit), Pasargadis in templo deæ ejusdam, quam *Πολυεμψάν* vocat atque cum Minerva quodammodo componit, altiores initiorum doctrinas accepisse narrat. Eadem quoque de causa Xerxes Palladi Iliacæ sacra fecisse (Herodot. VII, 45) videtur. Hanc enim, si fallor, Anaitidi; comparavit. Anaitin, quæ idem est cum Astarte vel Mylitta numen, ritu Romano cultam suspicor, licet haud intelligam, quo pacto illius religio cum puriore Zoroastrica Artaxerxis jam ætate in ipsa Perside et haud procul a Persepoli, totius populi veluti Capitolio atque arce, conjungi potuerit. Aliis in locis Artemidos Persicæ sit mentio, v. c. apud Plutarchum in Lucullo; Pausaniam III, c. 16 (vide quoque VII, c. 6); Strabonem. XVI, c. 1, 18, qui adytum hujus deæ *Ἄζορα* (vera lectio videtur esse *Ζάρα*, inde *Ἀρτεμὶς Ζαρῆτις*) vocat. Erit igitur, si vera est Plutarchi narratio, hocce numen idem cum Mithra: *Mithra Persarum, Naturæ generatricis symbolo, in illo templo armatum, uti Venus Urania in Cythera insula culta*. Cæterum vide quæ hoc de argumento disputat Creuzerus I, p. 730: *Iluc forsitan spectant nummi tetradrachmi Parthici, in quibus Pullas cernitur coram rege sedente stans illicque coronam præbens, aut coronam capiti ejus imponens. Sed interdum loco Palladis sistitur mulier stolata vel turrita cum variis attributis, vel Victoria. Incerta igitur res. Sunt nummi Aracis XV, Phrahatis IV, et successorum. Catalogue de Mionet. v, p. 656 seq. et Eckhel D. N. Vet. III,*

sortita imperium. Ultima pars tripartitæ istius divisionis æstimat libidinum vias, quæ prava desideria quæque præposteræ cupiditatis monstrant illecebras. Ileo unam partem capiti assignant, ut hominis iram quodammodo denotare videatur. Aliam in corde statuunt, ut diversarum cogitationum varietatem, quas multiplici intentione concipimus, in modum sylvarum tenere videatur. Tertia pars constituitur in jecore, unde libido nascitur et voluptas. Illic enim genitalium seminum collecta fecunditas naturalibus stimulis desiderium cupiditatis exagitat. Quid ergo perficit ista divisio, diligenter aspice, ut cernatis, quam facile commentum ratio veritatis impugnet. Si dividitur anima, et substantia ejus diverso efficaciam genere separatur, dissoluto ordine suo, incipit esse quod fuerat. Aliud enim mens est, aliud ira, aliud libido. Animam ergo separatio ista dissolvit, et patitur maximam ex ista partitione jacturam, nec integram sui speciem res ista custodit, quæ per tres contrarias separatim dividitur, et (ut verum dicam) fit ex ipsa divisione mortalis<sup>a</sup>. Etenim quod potest dividi, corpus est. Quod autem corpus est, necesse est esse mortale<sup>b</sup>. Ergo si anima dividitur, corpus est. Si corpus est, necesse est sit res mortalis. Egregia erroris istius ac præclara comitantia. Maximum nobis beneficium ex ista consequentia confertur. Commentis istarum absurditatum animas volunt esse mortales.

#### CAPUT VI.

*Ab Elementorum cultu ad alias superstitiones transit earumque secreta pandit; et primo quidem duorum Liberorum, Cretensis quippe ac Thebani, historiam*

*narrat. Sic sunt, sacratissimi imperatores, Elementa a perditis hominibus consecrata. Sed adhuc supersunt*

p. 550, 554. Fortasse quoque huc pertinebit nummus Hierocæsareæ Lydiæ quem edidit Seguinus in Sel. numism. antiqu., p. 9 et 10 (Eckhel III. p. 193), in quo Artemis (deam Comaniam credo) cultu muliebri, sed phœtra instructa, cum epigraphæ ΠΕΡΣΙΚΗ. Aversa habet aram ignitam, sphingibus ornata, qua cultus ignis mysticus indicatur. De Diocæsarensium hac Diana cf. Taciti Annal. III, 62, et Spanhemium ad Callimach. Hymn. in Dianam, v. 37, ubi multa de hoc numine congesta reperies.

<sup>a</sup> Athenag. c. 7: *καὶ τοὶ ὁ μὲν Σωκράτης, παρὸ γνητὸς καὶ φαρτὸς, συγκαίμενος καὶ διαρούμενος εἰς μίσην. Ὁ δὲ Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀδιαίρετος.* Loco Σωκράτης poterat etiam dixisse *homo et animal*. Sed maluit adhibere nomen rei singularis. LINDNER ad Athenag.

<sup>b</sup> Firmicum h. l. aggressum esse philosophos dubitari non potest, et imprimis quidem Pythagoræos, quos animi humani partes vel facultates tres, *νοῦν, ψοῖναι, θυμὸν*, posuisse, harumque duabus prioribus in cerebro, tertiæ in corde locum assignasse constat. HERTZ de J. F. M. p. 39.

<sup>c</sup> Transit jam a refutatione cultus elementorum ad alias Mythologiæ partes impugnandas, quas partim ex traditione populari atque poetarum, quorum carmina ætas servavit, fabulis hausit; partim, ut suspicor, ex Euhemeri Ἱερῶν Ἀναγκραφῆ excerpserit. Initium facit a Libero et Libera.

<sup>d</sup> Lactant. I, c. 10. Minuc. Felix c. 21; Cicero de Nat. Deor. II, 24; Arnobius haud habet; Cruz. III, 576, 581.

<sup>e</sup> Duorum Liberorum (Cic. de Nat. Deor. II, 24)

A alia superstitiones<sup>e</sup> quarum secreta pandenda sunt, Liberi et Liberæ<sup>d</sup>, quæ omnia sacris sensibus vestris specialiter intinanda sunt, ut et in istis profanis religionibus sciatis mortes esse hominum consecratas. Liber itaque Jovis fuit filius<sup>e</sup> regis scilicet Cretici<sup>f</sup>. Ille cum fuisset adultera matre progenitus, nutriebatur apud patrem, studiosius quam decebat. Uxor Jovis, cui Junoni fuit nomen<sup>g</sup>, novercalis animi furore commota, ad necem infantis omnifariam parabat insidias. Proficiscens peregre pater, quia indignationes tacitas sciebat uxoris, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis (sicut sibi videbatur) custodibus tutelam credit filii. Tunc Juno, opportunitum insidiarum nacta tempus, et ex hoc fortius inflammata, quia proficiscens pater et solum regni puero tradiderat et sceptrum, custodes primum regalibus præmiis muneribusque corrumpit, deinde satellites suos, qui Titanes vocabantur<sup>h</sup>, in interioribus regni locat paribus, et crepundiis ac speculo affabre facto animos ita pueriles illexit, ut desertis regni sedibus ad insidiarum locum puerilis animi desiderio duceretur. Illic interceptus trucidatur. Et ut nullum posset necis inveniri vestigium, particulatim membra conscissa satellitum sibi dividit turba. Tunc, ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decocia variis generibus pueri membra consumunt, ut humani cadaveris, inauditis usque in illum diem epulis, vescerentur. Cor visum sibi soror servat, cui Minerva fuit nomen, quia et ipsa sceleris fuit participes, et ut manifestum esset delationis indicium, et ut haberet unde furentis patris impetum mitigaret. Reverso Jovi filia ordinem facinoris exponit. Tunc pater funesta calamitate cladis et acerba luctus

historiam narrat, Cretensis quippe et Thebani, eamque, si Cretensem Liberum spectes, fabulæ valde affinem. In qua quidem, an Clementem Alexandrinum in Protept. c. 2, ut judicare videtur Wowerus in notis ad Firmicum, quod vero negat Ursinus Quæstione bibl. I, II, c. 49, secutus sit, facile dubitaverim, cum ab eo in sepultura saltem Liberi enarranda discedat, nulla cæterum auctoris cujusdam auctoritate fultus. Hertz. de J. F. M. p. 40. Hanc fabulam commemorant Eusebius, Præp. Evang. II, 5; Arnobius I, c. 36, 41; V, 49, et sæpius, imprimis libro V; licet haud ubique Thebanus a Cretensi facili negotio discerni possit. Hygini Fab. 167. Macrob. in somn. Scipionis I, c. 42.

<sup>f</sup> Sic Commodianus Inst. VI.

Ille autem (Jupiter) in Creta regnavit, ibique defect.

D Deos homines fuisse, quæ fuit Euhemeri sententia, Arnobius quoque perhibet, lib. I, c. 36-41. Vid. Petri Krog Meier, collegæ desideratissimi, Dissert. inauguralem de ratione et argumento Apologetici Arnobiani (Hafn., 1815) p. 158, 159. Cæterum Arnobius eadem fere affert exempla quæ Firmicus habet. Jovem a Cretensibus inter deos numeratum fuisse refert quoque Athanasius κατὰ Ἑλλ. c. 9.

<sup>g</sup> Omnis hæc fabula a solo Firmico narratur: an ex Euhemero?

<sup>h</sup> Hi apud Antoninum Liberalem considerantur ut satellites Saturni, c. 36, unde scribitur: Ζεὺς Τετῶνας ἐξέλασας τὸν κρόνον ἀφείλετο τὰς ἀρχαῖς. Γεγον.

atrocitate commotus, Titanes quidem vario genere A suppliciorum ex cruciatos necat<sup>a</sup>. Nec prætermissum est in ultione filii aut tormentum aliquod aut pœna, sed per omnia pœnarum genera bacchatus, necem qualitercumque filii vindicavit, affectu quidem patris, sed tyrannica potestate. Tunc quia diutius pater ferre lugentis animi tormenta non poterat, et quia dolor ex orbitate veniens nullis solatiis mitigabatur, imaginem ejus ex gypso, plastico opere perfecit, et cor, ex quo facinus fuerat, sorore deferente, detectum, in ea parte plastæ collocat, qua pectoris fuerant lineamenta formata. Post hæc pro tumulo exstruit templum, et pædagogum pueri constituit sacerdotem. Huic Silenus fuit nomen<sup>b</sup>. Cretenses, ut furentis tyranni sævitiam mitigarent<sup>c</sup>, festos funeris dies statuunt, et annum sacrum trieterica B consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quæ puer moriens aut fecit, aut passus est. Vivum laniant dentibus taurum<sup>d</sup>, crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes, et per secreta sylvarum clamoribus dissonis eculantes flungunt animi furentis insaniam, ut illud facinus non per fraudem factum, sed per insaniam crederetur: præfertur cista, in qua cor soror latenter absconderat; tiliarum cantu et cymbarum tinnitu crepundia, quibus puer deceptus fuerat, mentiuntur. Sic in honorem tyranni a serviente plebe deus factus est, qui habere non potuit sepulturam. Fuit etiam alius Liber apud Thebas tyrannus<sup>e</sup>, magicæ artis potestate conspicuus. Illic cum muliebres animos venenis quibusdam et carminibus occupasset, pro arbitrio suo crudelia facinora furentibus imperabat, ut C mente captas nobiles fœminas et libidinum ministras haberet et scelerum. Qui qualia fecerit scelera, vel quantum matri contra filium, vel sororibus contra fratrem imperaverit facinus, in scenis quotidie a tragici carminis auctoribus traditur<sup>f</sup>, ut scelerati

tyranni facinorosa crudelitas in animis audientium funestis semper relationibus renascatur. Huic Lycurgus<sup>g</sup>, sobria virorum conjuratione protectus, regno exiit, pellit patriam. Neque enim effeminatus ille consensum virorum potuit diutius sustinere. Effeminatum enim fuisse, et amatorum serviisse libidinibus, Græcorum gymnasiis decantatur<sup>h</sup>. Nec fuga ejus Lycurgus tantum est exsilioque contentus, sed timens ne fugiens et ab aliis receptus, ludibriosa scelerum suorum etiam in alia regione conderet semina, succinctus ferro, patriæ dedecus minaci persequitur edicto. Tunc Liber projectis infulis, quas pampineis coronarum circulis illigabat, cum semi-viro comitatu fugiens (soli enim cum secuti sunt stuprorum et flagitiorum et libidinum socii) per omnes oras vicini maris cum summa trepidatione desperationis erravit. Illic inter ebrias puellas<sup>i</sup> et vinolentos senes, cum adhuc cum scelerum pompa præcederet, et alter nigro amictu teter, alter ostenso angue terribilis<sup>j</sup>, alter cruentus ore, dum viva pecoris membra discerpit, a Lycurgo comprehensus per proximam rupem, quæ immensum præcipitium saxi invisi fecerat, in mare præcipitatur, ut lacrum corpus marinis diu jactatum fluctibus, errantium populorum animos ad sanitatis ac sobrietatis ordinem severa animadversione revocaret. Hunc finem Liberi Homerus, ut fugam et trepidationem detegeret, et ut ostenderet mortem, ait :

. . . . . Διώνυσος δὲ φοβηθεὶς  
 Δίονα<sup>k</sup> ἄλλος κατὰ κῆρα· οὗτος δ' ἠπειθήσατο κλέψαι  
 Διὸς ἄνακτα· κραιπνότερος γὰρ ἔχε τρέφους ἀνδρῶν ὕμνησιν<sup>l</sup>.

Imitatur te, Lycurge, et sobrium tuum institutum sequitur, nec a salutaribus tuis legibus exorbitat etiam consul noster Posthumius<sup>1</sup>. Nam sicut in libris Annalibus invenimus, Bacchanaliorum scelera Ebutio quodam adolescente deferente detecta sunt. Erant adhuc in urbe Roma integri mores, nec quis-

<sup>a</sup> De his Comodianus Instr. xx, ubi :

Adoratis enim stulti mala Icto defunctos.

<sup>b</sup> De hoc Bacchi Pædagogo vide Lactant. 1, c. 21, et Creuzerum, III, 514.

<sup>c</sup> Loca veterum de cultu Jovis in Creta videsis apud Meursium in Creta (Amstelod., 1675), p. 198.

<sup>d</sup> Hesych. Ταυροφάγος ὁ Διώνυσος. Suidas titidem de Baccho. Wow. — Quæ Photius habet in Lexico : D Ταυροφάγον. Τὸν Διώνυσον Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ, ἀντὶ τοῦ ὅτι τὸν θεῦραμβῶν νικῆσαι βούς ἐίδόστο ἢ τὸν ὤμισσιν, ἀφ' οὗ καὶ ἐπὶ τὸν κρατῖνον μετήνεγκε τὸ ὄνομα Ἀριστοφάνης, huc non pertinent.

<sup>e</sup> De Dionysio Thebano quæ habet, unde sumpserit, mihi non liquet, cum Homerus, Iliad. Z, 150; Hyginus Fab. 152, et Apollodorus Biblioth. III, c. 5, alique fugatum quidem primo Bacchum, neque vero dilaceratum, neque in Lycurgo inultum fuisse narrent. Cf. Heyne ad Apollodor. II, p. 571, seq.

<sup>f</sup> Hujusmodi fuere Æschyli fabulæ : Bacchæ, Bassaræ, Διονύσου τροφοί, ἠδονοί, Lycurgus, Χανθρία, Pentheus, Semele : Sophoclis Dionysiacus, si verus est titulus : Euripidis quæ supersunt Bacchæ (forte eadem quæ Pentheus inscripta, inter deperditas recensetur) et Cyclops, chori ratione habita.

<sup>g</sup> Lycurgi fabula varie narratur. Regem Hædonorum Thraciæ facit Apollodor. III, 5, Bacchumque e sua regione pepulisse narrat, haud vero et patriam. De

eo conf. Zoegæ dissertationem : *Lycurgos von den Mænaden bezwungen*, et Welckeri additamenta. Anaglyphon ibid. illustratur. Omnia hæc ex Euhemero hausisse videtur Firmicus. Fabula olim exstitit Æschyli Lycurgus inscripta.

<sup>h</sup> Hæc intelligenda videntur de certaminibus musicis, quæ inter festos deorum dies celebrandos in gymnasiis et alibi instituebantur; fortasse simul de carminibus, quæ iisdem in locis, quibus et juventus studiosa et quicumque Musis faverent, diebus etiam non festis convenire solebant, fere quotidie decantata esse per quam verisimile est.

<sup>i</sup> Quæ alii de Baccho terrarum orbem triumphali pompa peragrante narrant, noster in fuga ejus evenisse statuit. De Bacchis v. Creuzerum III, 186.

<sup>j</sup> Arnob. v, c. 19. Bacchanalia prætermittimus immania... in quibus furore mentito..., circumspicatis vos anguibus, atque... caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Scholiast. Lycophr. v. 145. De Bacchis : Περιήγον οικίας χειρὶ λέοντας καὶ ἑτέρα θηρία, δράκοντας δὲ περὶ τὰς πόδας εἶχον ἑσπυρημένους. Wowv. — Dracones v. serpentes in religionibus Bacchicis commemorat Creuzerum III, 187.

<sup>k</sup> Homeri Iliad. Z, v. 135.

<sup>l</sup> Hanc historiam fusc tradit Livius, xxxix, c. 8-19. Celebre est S. C. de Bacchanalibus. Cf. Mattheum Ægyptium in S. C. de Bacchanalibus et Dy-

quam peregrinas superstitiones dissolutis moribus appetebat : tunc nec senatus consuli nec leges Reipublicæ nec consul legibus defuit. Sed investigatis omnibus, qui hujus sacri scelerata commenta trahebant, contra omnes servos, immo Romanos quæstionis examine capitalis pœna de senatus sententia decreta est. Nec tam diu vindices gladii consulis conquierunt, quamdiu hoc malum fuisset radicitus amputatum. O digna Romano nomine animadversio ! O priscae virtutis laudanda constantia ! nec civibus suis consul parcere voluit, cum ob purgandam patriam peregrina vitia corriguntur.

## CAPUT VII.

*Liberæ vel Proserpinæ historiam exponit, et Liberum pro sole, Liberam pro luna coli asserit.*

Sequitur hanc sacri contagionem, et imitatur ordinem funeris, a Cerere, Hennensi muliere<sup>a</sup>, mors filix consecrata. Nam quidquid in Creta pater ob filium fecerat, hoc totum Ceres apud Hennam amissa filia, impatientia materni doloris instituit, quod quatenus factum sit, brevi sermone perstringam. Unicam Cereris filiam, quam Græci Περσεφόνη, nostri immutato sermone Proserpinam dicunt, ad conjugale consortium plures petebant. Mater sollicitè de singulorum meritis judicabat. Et cum adhuc omnibus matris sententia videretur incerta, dives rusticus, cui propter divitias Πλούτων fuit nomen, temerario cupiditatis ardore, cum moram dilationis ferre non posset, et cum de præposteris amoris conquereret incendiis, prope Percum<sup>b</sup> inventam virginem rapit. Percus autem lacus in Hennæ civitatis finibus satis amœnus et gratus, cujus amœnitas ex florum varietatibus nascitur. Nam per omnem annum vicissim sibi succedentibus floribus coronatur. Illic invenies quidquid hyacinthi turget in caulem ; illic comam narcissi, vel quod auream rosam desuper pingit : illic albæ hederæ per terram molli-ter serpunt, et cum purpureis violis suaviter rubens amaracus invenitur : nec coronam istam alba deserunt lilia. Prorsus aptus locus, qui gratia sua puellares animos et invitaret pariter et teneret. In hoc loco, cum a Plutone virgo prope vesperam fuisset inventa, vi rapitur, et superimposita vehi-

kershoek de Religione peregrina, in operibus. Tertull. Apologet. c. 6. Liberum Patrem cum mysticis suis consules, senatus auctoritate, non modo Urbe, sed universa Italia eliminaverunt. De Bacchanalibus v. quoque Casp. Barthium ad Statii Thebaidos II, vers. 74 et 77.

<sup>a</sup> In Trinacriæ finibus natam dicit Arnobius I, 36. Hanc quoque narrationem Firmicum ex Euhemero hausisse suspicor.

<sup>b</sup> Sc. lacum. Ovid. Metamorph. v, 585 :

Haud procul Hennæis lacus est a mœnibus altæ,  
Nominæ Pergus, aquæ.

Ovidius, Aristoteles, Solinus et Diodorus locum floribus omnigenis et maxime violis obsitum describunt. Hinc imaginis mutatus videtur Firmicus. Vide præterea Cluverii Siciliam 319, 20 ; 323, 24.

<sup>c</sup> Apollodori Bibl. I, c. 5, et Heyne ad h. I. Diodor. Sic. v, c. 3. Ovid. Fastor. IV, vers. 420 620. Hygini fab. 146. Arnob. v, c. 94. Cf. quoque Clericum in Bibl. Universelle VI, p. 55.

culo, scissis vestibus, laceratis crinibus ducitur. Nec reservati unguis contra amatorem rusticum aliquid profuerunt, nec clamor atque ululatus adjuvit, nec caterarum strepitus puellarum. Tunc una celeri cursu, cum de civitate nemo succurreret, facta ex ipso timore velocior, matri raptum virginis nuntiat. Contra raptorem indignata mater, armatam manum ducit. Nec Plutonem mulieris sefellit adventus, sed ut retorsit ad civitatem oculos, et infinitos cuneos respexit venire cum matre, funestum cepit ex desperatione consilium. Quadrigam, quæ vehiculum trahebat, per medium lacum dirigit. Is erat profundis voraginibus immersus, illic cum amata submersus virgine, miserandæ matri de morte filix funestum spectaculum præbuit. Hennenses, et possent maternis lucibus ex aliqua parte invenire solatium, inferorum regem virginem rapuisse finxerunt. Et ut fides figmentum sequeretur, prope Syracusas<sup>d</sup> eum per alium locum cum virgine emeruisse jactarunt. Templum sane et raptori et virgini accurate collatis sumptibus faciunt, et annua in templo vota decernunt. Sed nullo genere matris dolor vincitur, nec muliebris impatientiæ tormenta curantur. Sed credens vere filiam prope Syracusas esse visam, Triptolemo villico suo duce, nocturnis itineribus ad Syracusanæ civitatis littus cum lugubri veste ac sordido squalore pervenit, nec illi defuit, qui credulè de calamitatibus suis falleret matrem. Tunc ait se Pandarus, nescio quis, vidisse non longe à Pachyno navem raptorem ascendisse cum virgine.

<sup>c</sup> Persuasum est mulieri, quæ quolibet genere vivere filiam cupiebat audire, infinitis dotibus remunerat civitatem. Syracusani liberalitate mulieris provocati, raptum virginis consecrant, et mitigantes dolorem matris, pompam miseri funeris excolunt honore templorum. Sed nec hoc sufficit matri, sed ascensa nave per peregrina littora filiam quærit. Sic fluctibus tempestatibusque jactata ad Atticæ urbis locum pervenit. <sup>f</sup> Illic hospitio recepta, incolis incognitum adhuc triticum dividit. Locus ex patria et ex adventu mulieris nomen accepit. Nam Eleusis dictus, et quod illuc Ceres, relicta Henna, venerat. Sicque tum ipsa dispensatio<sup>h</sup> quod attulerat frumenta, tum

<sup>d</sup> Plutonem cum rapta Proserpina ad Orcum descendisse, illo vero in loco, ubi descenderit, ortum esse Cyanen fontem, referunt Diodorus Sic. lib. v, c. 4, p. 333. et Ovidius Metamorph. v, l. c. Vide Cluverii Siciliam, p. 177.

<sup>e</sup> Condebantur vero Syracusæ ab Archia multis, annis postquam cultus Cereris et Proserpinæ apud Græcos invaluerat, Olymp. XI, 2 aut 4, anno 735 ante Chr. n. Thucyd. lib. vi, c. 3 ; Cluverii Sicilia, p. 139.

<sup>f</sup> Arnob. v, 25.

<sup>g</sup> Idem trahit auctor Etymol. M., verb. Ἐλευσίς. Διὰ τὴν ἀπὸ Δημήτερος ἔλευσιν ἐκεί γὰρ εἴρη τὸν καρπὸν ἔλθοῦσα... ἢ ἀπὸ Ἐλευσίου τοῦ Ἑρμοῦ.

<sup>h</sup> Cum vox dispensatio nullum Verbum habeat quocum jungi possit, fortasse rectior foret hujus loci lectio, si aut statueretur post vocem disciplinam tale quid excidisse : causa ei cultus divini fuit, atque post mortem...., aut deleretur vox dispensatio, et præterea ipsa tum pro tum ipsa legeretur.

quod colligendarum frugum tradiderat disciplinam, A post mortem ob beneficium, quod ex frugum copia nascebatur, et sepulta in eo loco est <sup>a</sup>, pariter et consecrata, et divino cum filia appellata nomine. Amat enim Græcorum levitas eos, qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio aut virtute se juverint, divinis appellare nominibus. Et sic ab ipsis beneficiorum gratia repensatur, ut deos dicant, et deos esse credant, qui sibi aliquando profuerint. Sic de Libero Nisa <sup>b</sup> non dubitat, nec de novis ambigit Sparta sideribus <sup>c</sup>, cremat et consecrat Herculem <sup>d</sup> tristic Oetas <sup>e</sup>, et a vanis Cretensibus <sup>f</sup> adhuc mortui Jovis tumulus <sup>g</sup> adoratur. Additur tamen, sacratissimi Imperatores, ad hujus profani erroris augmentum, quod hos homines (id est, Liberum et Proserpinam), majore quasi auctoritate defendat. Nam B Liberum ad Solem volunt referre commenta Græcorum <sup>h</sup>, Proserpinam vero Liberam dicentes Lunam esse confingunt <sup>i</sup>. Quod quam absurdum et quam miserum sit, ex ipsa veritatis possumus ratione colligere. Quis vidit puerum Solem? quis sefellit? quis occidit? quis laceravit? quis divisit? quis membris ejus epulatus est? Quis Lunam rapuit? quis abscondit <sup>j</sup>? quis Plutonis conjugem fecit? Sed et errorem istum physica rursus volunt protegere ratione <sup>k</sup>, indivisam mentem, et divisam, id est, τὸν ἀμέριστον, καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν <sup>l</sup>, hac se putant posse ratione venerari. Dicite mihi, o vos mortales, quid naturalibus rebus additis funera? quid Dei dispositionem crudelium mortium atrocitate polluitis? quid opus erat tam duro crudelique tormento? quid sibi C

vult ista persuasio, ut divinis rebus funestæ calamitatis ordo societur? ut naturæ siderum, quam Deus summus certis legibus fecit, mortalis calamitas luctibus jungeretur? Cui rei prodest quod facitis? miscetis terrena cœlestibus, caduca superis, tenebrosa lucentibus, dolores ac luctus hominum divinis honoribus consecrantes.

## CAPUT VIII.

*Continet maximam partem prosopopœiam qua sol divinum, quem homines ipsi exhibebant, cultum oratione ad eos habita refutare atque detestari fingitur.*

Si convocato omni genere humano Sol habita concione loqueretur, desperationem vestram hac forsitan oratione percuteret: Quis vos, caduci homines et per dies singulos summo Deo variis generibus rebellantes, ad hoc tantum facinus impexit ut profano nefariæ cupiditatis errore et mori me dicatis vestro arbitrio et vivere? Atque utinam usitato more vel uno genere vesanæ cogitationis vestræ signimenta procederent! Utinam sine contumelia mei, sceleratæ cogitationis vestræ grassaretur improbitas! Nunc vosmet per præcipitia jactantes, mihi quoque non parcitis, nec aliquam habet vester sermo reverentiam; sed cum dedecore meo in exitium vestrum mortemque properatis. Alii me apud Ægyptum undis Nili et rapidis verticibus <sup>m</sup> obstinato mentis furore submergunt <sup>n</sup>. Alii amputatis virilibus plangunt <sup>o</sup>. Alii crudeli morte cæsum, aut in olla decoquunt, aut septem veribus corporis mei membra lacerata subfigunt <sup>r</sup>. Qui paululum mihi placida

in oppido Gnosso. vid. Ennium Hesselii, p. 323.

<sup>b</sup> Macrobiani Saturnal. I, c. 18, ubi ostendit Liberum patrem eum ipsum esse Deum quem Solem.

<sup>c</sup> Creuzer. IV, 188, 220.

<sup>i</sup> Malim abscondidit, licet Nonius quoque habeat abscondit.

<sup>k</sup> Discrepantiam et pugnam sententiarum de uniuscujusque numinis natura, nominis vi et significatione, numeroque eorum qui communi aliqua appellatione salutentur, exponit Arnobius III, c. 29-34. Vide Meyer de Arnobio, p. 235-238.

<sup>l</sup> Ex Philosophia Neo-Platonica: Νοῦν μερικόν, mentem particularem quæ est particeps Totius, et propter ipsam universalem animam et propter ipsam particularem mentem, habet Proclus Diadochus Institutionis Theologicæ c. 109, ed. Creuzeri p. 160: Νοῦν ἀμέριστον, mentem, individuum essentiam, quia est expers magnitudinis, incorporea et immobilis, ibid., c. 171, p. 254.

<sup>m</sup> Emenda Vorticibus. Wow.

<sup>n</sup> et <sup>o</sup> Qui nimirum Solem idem cum Osiride numen esse contendunt (vid. Macrobiani I, c. 21), Adonidem, Atyon, Osirim; et horum aliud non esse quam Solem.

<sup>p</sup> Clemens Protept. c. 2, p. 15: Οἱ δὲ Τετάνες οἱ καὶ διασπᾶσαντες αὐτὸν λίθητά τινα τρίποδι ἐπιθέντες καὶ τοῦ Διονύσου ἐμβάλλοντες τὰ μέλη, καθήφουσι πρότερον, ἔπειτα ὀβελίσκοις περισπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοις. Vid. quoque Justin. M. Apol. I, c. 29; Arnob. V, c. 19: Desistimus Bacchanalia prædicare, in quibus arcana et lacenda res proditur sacratis, ut occupatus puerilibus ludis distractus a Titanibus Liber sit, ut ab iisdem membratim sectus atque in ollulas conjectus, ut coqueretur. Wow.— Et Arnob. I, 41: Nonne Liberum et vos Patrem membratim ab Titanibus discerptum (ano-

<sup>a</sup> De Cereris in Eleusine sepulcro nihil apud scriptores legitur. Noster ex Euhemero hausisse videtur.

<sup>b</sup> Creuzer. III, 122, 124: Nomen si ex India rependum est, habes urbem Nischadabura. Creuzer IV, 237: Liberum Nysium appellatum fuisse docent auctores. Arnob. V, 28: Utrum autem ab urbe an ab homine nomen acceperit, incertum est. Cicero de Natura Deor. III, c. 25, habet Liberum quintum Nyso natum et Dione. Cf. notam Creuzeri. Sic quoque Commedianus Instr. XII:

Tollitur atque datur Nyso nutriendus alumnus.

De Nysa et Baccho Nysio loci Classici sunt apud Diodor. Sic. I, c. 15 (ubi vid. Wesseling.), et III, 67-70; Orell. ad Arnob. V, 28.

<sup>c</sup> Dioscuris.

<sup>d</sup> Justin. M. Apol. I, c. 29. Theoph. ad Autolyce. I, c. 14: Ἡρακλῆα μὲν ἑαυτὸν καύσαντα. Tatian. Orat. ad Græcos c. 36. Minuc. Felix c. 21: Hercules, ut D hominem exuat, Oetæis ignibus concrematur.

<sup>e</sup> Vib. Sequester de Montibus; Cypr. de Van. Idol. c. 1; Minuc. Felix c. 21; et v. Elmenhorstii atque Ouzelii notas ad h. l.; Lactant. I, 9; August. de Civ. Dei, XVIII, 4; Hygin. Fab. 50; Arnob. IV, 25.

<sup>f</sup> Suidas, v. Πίτος. Wow.— Haud invenio in ed. Kusteriana.

<sup>g</sup> Theoph. ad Autol. I, c. 15; II, 3. Athenagoras c. 26. Tatianus c. 44. Origenes adv. Celsum III, c. 43, p. 475. Ruæi Tertull. Apolog. c. 25. Arnob. IV, c. 25. Lactant. I, 11. Loca vet. auctor. collecta invenies in Meursii Creta, II, c. 4. Cf. Creuzer. IV, 427. De hoc Jovis tumulo Euhemeri testimonium servavit Ennius: Ætate pessum acta, sic ille, in Creta vitam commutavit et ad deos abiit, eumque Curetes filii sui curaverunt, decoraveruntque eum; et sepulcrum ejus est in Creta



fuerit oratione blanditus, quadrifugi currus<sup>a</sup> aurigam me esse confligit. Projicite aliquando tanti furoris exitium, et salutari persuasione convicti, veram salutis viam quaerite. Inimicus Dei est, qui hæc aut cogitavit, aut finxit; nec facinus ejus simplex aut usitata pœna comitatur, qui sacra profanis persuasionibus polluit, qui de præclaro opere Dei<sup>b</sup> tanta confligit. Lugete mortuos vestros, et ipsi simili morte morituri. Mittite regibus vestris, ut vultis, inferias, et orbitates eorum alio remediorum genere mitigate. Lugete Liberum, lugete Proserpinam, lugete Atyr, lugete Osirin<sup>c</sup>, sed sine nostræ contumelia dignitatis. Nolo me per tumulos eorum favillasque ducatis, nolo ut errori vestro nomen meum fomenta suppeditet. Ad lucem diei a Deo factus sum, hoc mihi sufficit solum. Quid me honesti muneris dignitate privatis? Aliud me Deus fecit, aliud esse jussit, et vos me pro libidine vestra dividitis<sup>d</sup>, pro arbitrii vestri cupiditate laceratis? Quicquid sum simpliciter Deo pareo, nec aliud volo de me intelligatis nisi quod videtis. Hoc Deo gratum est, hoc Deus libenter amplectitur, hoc homines ad salutis viam ducit, si projectis erroribus Dei gratiam simpliciter ac fideliter audiat. Hæc quidem, sacratissimi imperatores, prosopopœiaco me sermone dixisse sufficiat. At ego nunc sacrarum lectionum institutione formatus, perditos homines religioso sermone convenio. Si dii sunt quos colitis, cur eos lugetis<sup>e</sup>? Cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis et luctu digni sunt<sup>f</sup>, cur eos divino honore cumulatis? Unum itaque e duobus facite, aut nolite eos lugere, si dii sunt: aut, si luctu eos dignos putatis ac lacrymis, deos eos appellare nolite, ne luctibus ac lacrymis vestris majestas divini nominis polluatur. Sed quia mens perditâ, et sceleratæ cupiditatis laqueis implicata, nulla potest ratione revocari, persequar cæte-

rum consecratione mactatis? Eadem fabula narratur ab Hygino Fab. 167, et Euseb. Præp. Evang. n. 15. Sol hoc loco personam gerit Liberi, cum quo ab Ethnicis serioris ætatis sæpe permutabatur. — *Septem verbus*. Fortassis corrigendum: aut in olla decoquant aut discerpti corporis mei membra lacerata verbus subfigunt. In Homero enim *Iiad.* i, vers. 465: ..... παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπόβολα χερσίν. Wow. — Sed septenarius numerus mysticus est.

<sup>a</sup> Sic in nummo Heliogabali apud Begerum *Thes. Brandenburg.* II, 712, in quo lapis conicus (Dei symbolum) in quadrigis, et humana figura itidem in quadrigis apud eundem p. 768, et in nummo Maximini *ibid.* 792.

<sup>b</sup> Sc. Sole.

<sup>c</sup> In Mysteriis, et in publicis quoque religionibus.

<sup>d</sup> Ut Persæ Mithra-Mitram, ut Græci et Romani Apollinem, et Solem.

<sup>e</sup> Minuc. Felix c. 21: *Nonne ridiculum est, vel lugere quod colas, vel colere quod lugens?*

<sup>f</sup> Plane sunt illa apud Clementem Alex. *Protrepico* c. 2, p. 21: *Εἰ θεὸς νομίζετε, μὴ θρησκείτη αὐτοῦς, μηδὲ κόπτεσθε: εἰ δὲ πεθεῖτε αὐτοῦς, μηκέτι τούτους ἡρεῖσθε εἶναι θεοῦς.* Sunt autem Xenophanis Colophonii ad *Ægyptios*. Plutarch. de *Iside* c. 70: *Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἠξίωσε τοὺς Ἀιγυπτίους, εἰ θεοὺς νομίζουσι, μὴ θρησκείτην εἰ δὲ θρησκείτην, θεοῦς μὴ νομίζουσιν· ἄλλως δὲ γελῶσι ἅμα θρησκείτην εἰχρῆσθαι, τοὺς καρποὺς πάλιν ἀναγκάσειν καὶ τελειῶν ἑαυτοῦς, ὅπως πάλιν*

ra, ut publicatis omnibus atque detectis, quæ profana consecravit improbitas, misericordia Dei in nomine Domini nostri Jesu Christi lapsos erigat, fugientes ad se revocet, dubitantes confirmet, errantes corrigat, et quod est potissimum, vitam morientibus donet.

#### CAPUT IX.

*Luctum de morte Adonidis a Marte in aprum converso percussus perstringit, et narrationem Evangelicam de ejecto dæmonio paucis commemorat.*

In plurimis Orientis civitatibus, licet hoc malum etiam ad nos transitum fecerit<sup>g</sup>, Adonis<sup>h</sup> quasi maritus plangitur Veneris, et percussor ejus circumstantibus vulnusque monstratur. Mars enim in porci sylvestris speciem formamque mutatus, ut sibi pri-  
mas partes in amore Veneris vindicaret, incaute contra se ruentem<sup>i</sup> percutit juvenem. Si Deus erat Adonis, cur rivalis insidias nesciebat? Si homo, cur cum superiore certabat? Sed et alium audio: cum Venere conjugale habuisse consortium. Vulcanus, nisi fallor, ab his deorum cultoribus maritus Veneris esse perhibetur. O vanorum hominum ridenda persuasio! Inter duos maritos adulter positus ab uno capitur, alterum vincit. Sed vide, ut adulter Deus maritum vinceret, quod sibi corpus elegit, pœrens esse mahit: qui, si habebat corporis mutandi potestatem, leonis debuit potius speciem formamque suscipere. Sed leonem dicunt, qui naturas animalium norunt, in illa agrestis animi feritate pudicitia servare virtutem. Merito igitur ab adultero leonis spernitur forma et libidinosi animalis eligitur. Hic jam Evangelicæ traditionis secreta tractemus. Ejecto dæmonio Dominus porcorum gregem donat (*Matth.* viii, 31, 32; *Marci* v, 13; *Luc.* viii, 32, 33). Nec immerito, ut cum libidinosi animalibus per dura præcipitia fluctusque jactatus, per mortes porco-

ἀναλίσκονται καὶ θρησκείτην. Wow. — Firmicum legisse Clementem ex hoc loco patet. Idem expressit et Minucius c. 21. Vide quoque Athenag. *legat.* c. 12 et 25.

<sup>g</sup> Quo tempore Adonidis Mysteria Romanæ devenerint, scriptores haud commemorant; probable tamen est, hoc Hadriani aut certe Heliogabali temporibus factum esse.

<sup>h</sup> Arnob. vii, 53. Lactant. i, 47. De tota hac fabula Cf. *Fikenscher Erklärung des Mythos Adonis* (Gotha, 1800); et Creuz. ii, p. 95 seq.

<sup>i</sup> Loco *serentem*, ut habet editio princeps. Ovid. *Metamorph.* x, vers. 710:

Forte suam latebris vestigia secuti  
Exstitero canes, silvisque exire parantem  
Fixerat obliquo juvenis Cinyreus ictu.  
Protinus excussit paudo venabula rostro. Wow.

<sup>d</sup> Et c. x, *Audite Cinyram Cyprium*. Hæc verba indicare videntur hominem, qui ex aliorum relationibus penitentiorem sacrorum Hellenicorum notitiam hausit, cum ipse in religione Christiana ab infantia inde educatus fuerit. Nec obstant verba c. 8: *At ego nunc sacrarum lectionum institutione formatus, perditos homines religioso sermone convenio.* Nam haud nimis urgendum est illud *nunc*, quasi provectione ætate ad legendam S. S. tandem accesserit. Referendum potius est ad sequentia *perditos haminas ... convenio*.

rum varias, digna nece immundus spiritus carperetur. **A** santur, et quicquid hominem perdidit, colitur, et funesti anguis <sup>h</sup> callida et malitiosa crudelitas adoratur.

CAPUT X.

*Flagitia in cultu Veneris Paphie explodit.*

Audio Cinyram Cyprium <sup>a</sup> templum amicæ meretrici donasse <sup>b</sup>, ei erat Venus nomen. Initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos, et vanis consecrationibus deputasse. Statuisse etiam, ut quicumque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, <sup>c</sup> assem in manum <sup>d</sup> mercedis nomine deæ daret. Quod secretum quale sit, omnes taciti intelligere debemus, quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus <sup>e</sup>. Bene amator Cinyras meretriciis legibus servit, consecratæ Veneri a sacerdotibus suis stipem dari jussit, ut scorto.

CAPUT XI.

*Item flagitia Jovis Sabazii.*

Sebazium colentes Jovem <sup>f</sup> anguem, cum initiantur, per sinum ducunt <sup>g</sup>. Adhuc primi erroris vitia gras-

<sup>a</sup> Tota hæc narratio Euhemerum sapit.

<sup>b</sup> Scilicet doctrina arcana in Mysteriis Veneris in templo Paphio et sacro horto, cujus nomen *ισρός κήπος* hodieque superest (*Voyage d'Ali-Bey*, II, pag. 129), mystis tradita.

<sup>c</sup> Clemens Alex. Protrept. c. 2, p. 12; Lactantius I, 17; et Theod. de Cur. Græc. affect. dissert. 3 ed. Schultzii tom. IV, p. 767. Omnes ex Euhemero: *Quæ (Venus) artem meretriciam instituit, nuctorque mulieribus in Cypro fuit, uti vulgo corpore questum facerent.* Hesselii Ennius p. 325. Ex Trogo suo idem refert Justinus XVIII, c. 5. Commodiani Instr. XVI:

..... Phariam una colestem,  
Virgines et Venerem, cui conjuges vestræ delumbant.

Hanc meretricem a Cinyra inter deos relatam habet quoque Arnobius IV, 25.

<sup>d</sup> In manum, sic correxit Wowerus. Scaliger: *assem unum*, cum in editione principe legeretur, *secreto Veneris sibi tradito asse, manum mercedis nomine deæ daret.*

<sup>e</sup> Ex Clementis Protreptici c. 2, p. 13, et Arnobii lib. V, c. 12, hocce secretum discimus. Hic *ἀλῶν χόρδρον καὶ φαλλῶν* traditum fuisse scribit; ille: *nec Cypriæ Veneris abstrusa illa initia præterimus, quorum conditor indicatur Cinyras rex Cypri fuisse, in quibus sumentes ea certas stipes inferunt, ut meretrici, et referunt phallos propitii numinis signo donatos.* Cf. Orell. ad h. l.; Lucianum de Dra Syria c. 16; Meursium in Cypro p. 109, et Dissertat. nostram: *der Tempel der Himmlischen Gottin zu Paphos*, p. 17. Templum Veneris Aphacenum in Libano monte ob scelera ibi commissa infame, Constantinus M. destruxerat. Hinc forte apud Firmicum recens templi Paphii memoria, et h. l. commemoratio. Hæc flagitia in templis Phœnicis Veneri dicatis tangit quoque Athanasius *κατὰ Ἑλλ.* c. 28.

<sup>f</sup> Hunc deum, qui est Dionysus (Creuz. III, 344) vel Lunus (Creuz. p. 350) et ad religiones Phrygiæ pertinet (ibid. 358) loquuntur inscriptiones, quæ cum Justino M. Apol. I, p. 45, et Firmico Jovem eum faciunt ex sequioris Paganismi omnia fere nomina confundente syncretismo.

Q. NVNNIVS	SI. METIVS ZETVS	IOVI SABAZ
ALEXANDER	IOVI SABAZIO	Q. NVNNIVS
DONVM DEDIT	ALEXANDER	ALEXANDER
IOVI SABAZIO.	V. S. L. M.	V. S. L. M.
(Gruter. p. xxii.)	(Gruter. ibid.)	(Ibid.)

*Sabazium* et *Sebazium* promiscue scribunt. Hesy-chius vero, Suidas, Harpocration: *Ζαβάζιος*. Macro-bius I, c. 18, *Sebadius*. Græci nominis etymum quæ-runt in verbo *σαβάζω*, h. e. βακχεύω. Zonaras in

CAPUT XII.

*Item et Corybantum flagitia sædosque ritus.*

In sacris Corybantum parricidium colitur <sup>1</sup>. Nam unus frater a duobus interemptus est, et ne quod indicium necem fraternæ mortis aperiret, sub radici-bus Olympi montis a parricidis fratribus consecra-tur <sup>1</sup>. Hunc eundem Macedonum colit stulta persua-sio. <sup>h</sup> Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruento cruentis manibus supplicabant <sup>1</sup>. Conside-randum itaque est, quale sit numen, quod parrici-dalis amentia, ut parricidium coleret <sup>m</sup>, invenit.

CAPUT XIII.

*Narrationibus de Deorum facinoribus quævis flagitia hominibus commendari, et nomina hominibus in-feriora atque deteriora pingi docet.*

Quapropter quicumque hæc sacra devota mente

Lexico: *Σαβάδιος, ἐπιώνυμον τοῦ Διονύσου, καὶ Σαβοί, ἐπιθετικὸν βακχεῖον*. Photius in Lexico: *Σαβοί, Mystas Sabazii, h. e. Dionysi, ἢ Βάκχου Bacchi*, dicit ex Demosthene pro Ctesiphonte. Nomen potius credide-rim originis peregrinæ. Ex Hebraico vel Phœnicio *נבד*, *inebriari*, derivat magnus Bochartus. Scholiasta vero Aristophanis (Vesp. v. 9) Thraciam vocem esse contendit. Quod si ita sese habet, componi for-sitan poterit istud verbum cum verbo Germanorum *Sausen*, Suecorum *Suppa*, Danorum *Sobe*. Majori fortassis jure e Persicis linguis derivabitur; *Zabzeba* enim in Pelahvica est nomen Solis, a. v. Chald. *זבז* *splenduit*, cui vocisi addas *טז*, in lingua eadem quo-que obvium, habebis notionem splendoris fortissimi (Eusèbe Salverte, *Essai sur les noms d'hommes, de peuples et de lieux*, Paris, 1824, tom. II, p. 95). Sed incertas esse omnes hujusmodi etymologias, lubens fateor. De Sabazio porro vide Arnobium V, 21, et notam Orellii; Santa-Crucium, de Mysteriis II, p. 93; Welckeri *Anhang zu Zoegas Abhandlungen*, p. 401.

<sup>g</sup> Arnobius V, 21: *Ipsa novissime sacra, et ritus initiationis ipsius, quibus Sebadii nomen est, testimo-nio esse poterunt veritati: in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis*. Similiter Justin. M. Apol. I, p. 45. Clem. Alex. Protrept. c. 2, p. 14: *Σαβαζίου γούν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπον θεός· δράκων δὲ ἔστιν οὗτος, διαλεγκμένος τοῦ κόλπου τῶν τελοῦμένων, ἔλεγχος ἀκρασίας Διός*. Plura apud Orellium in notis ad l. l. Arnobii.

<sup>h</sup> Scil. Paradisiaci.

<sup>1</sup> Minuc. Felix, c. 21; Lactant. I, c. 13 (in qui-bus locis de parricidio haud est sermo). Arnobius V, 19: *Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater truci-datus a fratribus*. Sic quoque Clemens Protrept. c. 2: *Εἰ θέλεις ἐποπτεῦσαι καὶ τῶν κορυβάντων ὄργια, τὸν τρί-τον ἀδελφὸν ἀποκτείναντες οὗτοι*, etc. Cf. præterea Sancta-Crucium, *Mystères du Paganisme*, I, p. 70, et Creuzerum, II, 41, 767 seq.

<sup>i</sup> Clem. Alex. Protrept. c. 2, p. 15.

<sup>k</sup> Lactantius, I, c. 15, Macedones Cabirum summa veneratione coluisse dicit.

<sup>l</sup> Cernitur in nummis Thessalonicensium. Vid. Eckhelii Doctr. nummor. Veterum. II, p. 77: *Ludi in ejus honorem apud eos celebrati, KABELPIA*. Alibi quoque in numis occurrit, v. c. Tripoleos Phœnicis, III, p. 373, et Claudii Gothici imperatoris, deo CA-MARO inscriptis, VII, p. 472. Humanis ei sacrificiis litatum fuisse, solus Firmicus est testis.

<sup>m</sup> Malim celaret. Wow.—Sic habet editio princeps

veneratur, cuicumque placet superstitionis istius metuenda contagio, aut malis suis solatium quærit, aut facinora eorum tacita collaudat cogitatione, hoc optans, hoc quærens, hoc utique magnopere desiderans, ut et sibi liceat, quod diis suis licuit, ut et se ad consortium talis vitæ morum similitudo perducatur. Adulterio delectatur aliquis <sup>a</sup>, Jovem respicit, et inde cupiditatis suæ fomenta conquirat, probat, imitatur, et laudat, quod Deus suus in cygno fallit <sup>b</sup>, in tauro rapit <sup>c</sup>, ludit in satyro <sup>d</sup>, et ut liberalis in flagitiis esse consuescat, quod inclusam regiam virginem auro largiter fluente corruerit <sup>e</sup>. Puerorum aliquis delectatur amplexibus, Ganymedem in sinu Jovis quærat <sup>f</sup>, Herculem videat Hylam impatienti amore quærentem <sup>g</sup>, Hyacinthi desiderio captum Apollinem discat <sup>h</sup>. Chrysippum <sup>i</sup> alius, alius Pelopem <sup>j</sup> videat, ut per deos suos sibi licere dicat <sup>k</sup>, quicquid hodie severissime Romanis legibus vindic-

attamen *coleret* melius cum orationis serie congruere videtur.

<sup>a</sup> Hujusmodi exprobrationes in Actis quoque martyrum passim leguntur. Sic v. c. Symphorianus martyr coram iudice dixit: *Apollinem vero istum quis nesciat, apud Amphrysium fluvium Admeti regis fuisse pastorem; qui voluptatum suarum illecebras recolens laureas diligit sertis coronas* (Ruinarti Acta primorum martyrum sincera et electa p. 72). Achatius episcopus, ibid., p. 140, de Apolline: *Ut erat turpis in pueros, forma Hyacinthi cujusdam captus, ut bene nostis, incaluit, et miser atque ignarus futuri, disco illum quem optabat videre occidit. Æsculapium fulminat, Venerem adulteram, Jovem in Creta sepultum in sequentibus commemorat. Jovis, Martis, Vulcani scelera Theoteclus martyr ostendit in Actis S. Theodot. (Ibid., pag. 363.) Neque deerunt alia hujusmodi testimonia, si Acta martyrum evolvas. Vide, p. 47, de Venere; p. 468, de fornicatione Jovis cum Junone sorore; de Hercule et Æsculapio, p. 446. Cf. Justin. M. Apol. i, c. 9; Arnob. iv, c. 26; ubi spurci deorum amores recensentur; et Orellium atque Meyerum de Arnobio, p. 244. Eadem fere habet Clem. Alexandrinus Protrept., c. 2, p. 27. Indigna deorum facta deos illos non esse luculentem probant. Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 12. De singulis vide Mythographum. Pauca tantum notabimus.*

<sup>b</sup> Ledam.

<sup>c</sup> Europam.

<sup>d</sup> Antiopen: Ovid. Metamorph. vi, 110; Hygin. Fab. 8; Apollod. iii, c. 5, 5; Nonni Dionys. vii, 125, xvi, 272; et scholiast. Apollon. Rhod. iv, 1090, ed. Brunckianæ posterioris; Arnob. iv, 26. *Ludit* significatione Venerea. Ovid. de Arte amandi, i, 91, 613; Metam. vi, 131; et Burmann. ad Ovid. de Arte amandi, p. 546.

<sup>e</sup> Danaen. Horat. Od. iii, 16.

<sup>f</sup> Minuc. Felix c. 22: .... *et in Ganymedem Jovis stuprum cælo consecratum.*

<sup>g</sup> Hunc quoque habet Arnobius, a Clemente mutuatus. Orell. l. c.

<sup>h</sup> Ita quoque Arnobius. *Hyacintho est alter occupatus.* Ovid. Metamorph. x, 160 seq. ORELL.—Commod. Instr. xi:

Ultimus ille dies fuit Hyacinthi sodalis.

<sup>i</sup> De Chrysippo Pelopis filio a Laio ob pulchritudinem rapti, a Pelope liberato, deinde ab Atreo et Thyeste interempto agunt Pausan. vi, c. 20; et Hygin. Fab. 85; at a deo quodam adamatum fuisse, haud legimus.

<sup>j</sup> *Hunc etiam recenset Arnobius, a Neptuno ama-*

*atur* <sup>1</sup>. Adulteria omnia eorum enumerare difficile est. Quis Amymonem <sup>m</sup>? quis Alopen <sup>n</sup>? quis Menalippen <sup>o</sup>? quis Chionen, Hippothoenque <sup>p</sup> corripit? Nempe Deus vester hæc fecisse memoratur. Ille, quem volunt severis oraculis errantium hominum peccata corrigere, Steropen amat <sup>q</sup>, Æthusa rapit, Zeuxippem stuprat, quærit Prothoen et Arsinoæ adultera cupiditate blanditur. Sed ex isto corruptarum mulierum grege una puella amatorum Deum et vitavit et vicit. Daphnen <sup>r</sup> enim divinus Deus et futura prædicens, nec invenire potuit, nec stuprare. Muliebria prætitur aliquis, et effeminato corpori solatium quærit? Videat Liberum amatori suo post mortem etiam promissæ libidinis præmia imitatione flagitiosi coitus representantem <sup>s</sup>. Si quis monstruoso cupiditatis ardore in paternæ necis armatur exitium, a Jove sumat exemplum <sup>t</sup>. Qui fratrum desiderat sanguinem, Corybantum sequatur

tum. Pind. Olymp. i, 38: Πέλοπος· τοῦ μεγαθύτου ἐράσατο γαίωχος Ποσειδάων. ORELL.—Ποσειδάων τοῦ μεγαθύτου ἐρᾷ. Philostrati Icones i in Pelope.

<sup>1</sup> Οὐδὲ βελτίους τῶν ἀνθρώπων δεκκύντες τοὺς θεούς. Athenag. c. 9. Xenocrates jam cecinerat:

Πάντα θεοῖς ἀπέθικαν Ὀμηρος θ' ἱστοδοῦς τε,  
ὅσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνειδέει καὶ φόρος ἔστι,  
κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἄλλους ἀπατεῖται.

LINDNER ad Athenag. — Cum Athenagora consentit Tertullianus Apol. c. ii: *Sugillatio est in cælo (cælum, sic Havercamp) vestra justitia; deos facitis criminiosissimos quoque; et Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 25, ubi docet flagitiosa falsorum deorum exempla homines ad similia agenda induxisse.*

<sup>1</sup> V. c. Lege Julia de adulteriis et stupris (cf. Jo. Guil. Hoffmannum ad legem Juliam de adulteriis coercendis. Francof. 1752. In insulam relegabantur). L. Pederæ de Incestu. L. Papia Poppæa. Sæpius a successoribus Augusti leges contra adulteria aliaque id genus crimina læta sunt: v. c. Tiberii lex de Pudicitia (Sueton. in Tiberio c. 35), Caracallæ lex contra adulteros. Dig. L. XLVIII, tit. 5, L. 15, § 5. Proxime vero Firmicus respicere videtur leges Constantini M. de Matrimon. Cod. Theodos. L. iii, tit. 16; ix, tit. 7. Cod. Justinian. L. iv, tit. 39; v, tit. 27. Obscœnitates cum cultu deorum in Syria imprimis conjunctas severis legibus repressit. Eusebi. Vita Const. iii, c. 56, 58. Socrat. H. E. i, 18. Sozomeni H. E. ii, 4.

<sup>m</sup> Hanc habent Clemens Alex. l. i, p. 27, et Arnobius iv, 26.

<sup>n</sup> Ibidem. <sup>o</sup> Ibidem.

<sup>p</sup> Chionen (Ovid. Metamorph. xi, 301 seq.) Clemens commemorat. Hippothoen Clemens et Arnobius. Omnes has a Neptuno corruptas scribunt Mythographi. Vide Orellii notas ad Arnobii locum. Chionen tamen ab Apolline compressam habet Ovidius.

<sup>q</sup> Clemens l. c., Arnobius l. c. ab Apolline vitata ut et reliquæ Æthusa, Prothoe, et Arsinoe, quas Clemens et Arnobius habent l. i. Cf. Orellium in notis. De Zeuxippe nihil legi.

<sup>r</sup> Ovidii Metamorph. i, vers. 490 seq. Hygin. Fab. 203. Commod. Instr. xi:

Lascivens qui Daphnen sic cœpit amare.

<sup>s</sup> Spurcam banc fabulam narrat Clemens Alex. Protrept. c. 2, p. 29, et Arnobius v, c. 28, cum Firmico conferendus. Vide notas Orellii. *Potestiane*, verba sunt Arnobii, *impubibus et prætextatis vestris, quas Liber induxerit, pactiones suis cum amatoribus indicare?* A Gregorio quoque Nazianzeno commemoratur στηλετωτικῶ B. Wow.

<sup>t</sup> Patrem fugante. Fabula notissima, ab Euheme-

institutum, et incestum desiderantibus a Jove su-  
mantur exempla. Cum matre concubuit <sup>a</sup>, sororem  
duxit uxorem <sup>b</sup>; et ut integrum facinus imple-  
ret incesti, filiam quoque animo corruptoris aggressus  
est <sup>c</sup>. Inferiores aliqui æmulo stridore persequitur,  
et adversarium cupit crudeli feritate torquere, ab  
Apolline ex Marsyæ casibus <sup>d</sup> crudelium tormento-  
rum casus discat. Alienum aliquis desiderat et hoc  
cum morte domini conatur implere, videat ut Her-  
cules occiso Geryone Iberas abegerit boves <sup>e</sup>. Si quis  
promiscua hominum cæde gaudet, præposteras Mar-  
tis cupiditates diligenter inspiciat. Semina pene om-  
nium scelerum a diis suis <sup>f</sup> peccantium turba colle-  
git. Et ut perditus animus impune facinus posset  
admittere, ex præcedentibus facinorum exemplis  
majore se auctoritate defendit. Si stupri præmia <sup>B</sup>  
corruptor inquit, si viam optat sollicitationis ad-  
discere, in sinu corruptæ mulieris aurum videat Jo-  
vis <sup>g</sup>. Si publicus parricida, commissam sibi regni  
custodiam nefaria prodere cupiditate desiderat, re-  
spiciat ad eos, qui Saturnum filio prodiderunt <sup>h</sup>.  
Quatenus jus lædatur hospitii, vel quatenus amicitia  
jura turbentur, vel quatenus mensæ conciliatio san-  
cta violetur <sup>i</sup>. Si quis ad injuriam pronus quærit  
esse, ordinem scelerum de Tantali casibus discat <sup>j</sup>.  
O facinosæ cupiditatis triste solatium! O homi-

ro quoque narrata. Ennius Hesselii p. 320.

<sup>a</sup> Cybele in summo Agdis vertice, ut habet Arnobius, v, 9.

<sup>b</sup> Junonem.

<sup>c</sup> Proserpinam. Tatianus c. 16; Apuleii Metamorph. vi, p. 251; Elnenh. Nonni Dionys. vi, 157.

<sup>d</sup> Apollod. Bibl. ii, c. 4; Hygin. Fab. 163; Ovid. Metam. vi, vers. 384, et Fast. vi, 703.

<sup>e</sup> Apollod. ii, 5.

<sup>f</sup> Sic Wowerus correxit lectionem editionis principis a piis suis habentem.

<sup>g</sup> Intellige de Danae.

<sup>h</sup> Prometheus et socii, vid. Æschil. in Prometheo. Vel si ultimam prodicionem respicit, qua Saturnus a filio exsecabatur, Lycophr. vers. 869, et Tzetzem ad eundem.

<sup>i</sup> Hic aliquid excidisse videtur, nam desunt exempla, quæ sunt in cæteris; licet historia Tantali huc referri possit. Sed ea utitur Firmicus exemplo vindictæ de injuria sumptæ.

<sup>j</sup> Auctores qui res Tantali narrant v. in *Hedrichs Mythol. Lexicon*.

<sup>k</sup> Vera est emendatio, Scenam loco cœnam, quod habet editio princeps, ponens. Plane expressit illa Clem. Protrept. c. 4, p. 52: Οἱμοὶ τῆς ἀθεότητος, σπηρὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανόν, καὶ τὸ θεῶν ἡμῶν δῶμα γυγίνονται. Wow. — Tragœdiæ superstites, in quibus dei personas agunt, satis hanc Firmici querelam comprobant.

<sup>l</sup> V. c. Euhemerus, alique.

<sup>m</sup> Iliad. E, 883 seq., 846 seq.; Clem. Protr. c. 2, p. 31, Potl.; Tertull. Apolog. c. 14; Minuc. Felix c. 22; Longinus περὶ Ὑψους c. 9; Arnobius, iv, 25; Gregor. Naz. Orat. iv, in Julianum.

<sup>n</sup> Iliad. E, 384; Diodor. Sicul. v, c. 51.

<sup>o</sup> Decem et tribus mensibus. Iliad E, v. 386. Hygin. Astronom. ii, c. 40. Wow.

<sup>p</sup> Sarpedonis mortem narrat Homerus Iliad. ii, 459.

<sup>q</sup> Laomedonte Trojæ rege. Homer. Iliad. ε, 445, et Eustath. ad h. l.

num deflenda persuasio! O infelicis Imitationis cruenta meditatio! Scenam de cœlo fecistis <sup>k</sup>, et errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum via de deorum monstratur exemplis. Sed in ista criminum lege, in ista confessione scelerum gratias agamus illis, qui etiam exitia et mortes deorum istorum <sup>l</sup> nobis nescientibus prodiderunt: ut disceremus omnia per tot obstantes. Fuit enim et apud veteres, licet nondum terram illuminasset Domini nostri Jesu Christi veneranda dignatio, in spernendis superstitionibus religiosa constantia. Diomedes pudicus ac sobrius Venerem vulnerat, Martem vincit et percutit <sup>m</sup>. Oti et Ephialtæ <sup>n</sup> edicto Mars bellipotens temporali exsilio <sup>o</sup> damnatus, ferrea catenarum vincla sustinuit. Sarpedonem filium mortuum in Troja Jupiter plangit <sup>p</sup>. Et mercedem fabricatorum murorum Neptunus a superbo rege <sup>q</sup> non recepit. Alterius regis <sup>r</sup> Apollo greges pascit. Et soli omnia videntur alius <sup>s</sup> occisarum boum nuntiat mortes. Castores sepelit Sparta <sup>t</sup>, ardet apud Octam Hercules <sup>u</sup>, et Æsculapius alibi fulminatur <sup>v</sup>, Vulcanus a patre præcipitatus pedem frangit <sup>x</sup>. Lycurgum fugiens Liber moritur <sup>y</sup>. Venus in adulterio deprehensa detegitur <sup>z</sup>, et post Dei nuptias Anchisæ hominis cubile sectatur <sup>a</sup>. Saturnus regno timens devorat filios <sup>b</sup>. Hic ex Creta fugiens <sup>c</sup> in Italia a Spartanis absconditur <sup>d</sup>. Ob amo-

<sup>r</sup> Admeti. Hygin. Fab. 50; Tatian. Orat. ad Græcos, c. 35. Admeti pecora pavisse refertur quoque a Commod. Instruct. xi.

<sup>s</sup> Lampetia Odyss. M, 374.

<sup>t</sup> Pausanias, iii, c. 13; attamen credit eos in Messenia sepultos esse. Arnob. iv, c. 25.

<sup>u</sup> Vide supra ad c. 7.

<sup>v</sup> Just. M. Apol. 1, c. 29; Tertull. Apol. c. 14; Minuc. Felix c. 21: Æsculapius ut in deum surgat, fulminatur; Apollodor. iii, c. 10; Hygin. Fab. 49; Arnobius iv, 24, et not. Orellii; Pindari Pyth. od. iii, antistr. 3, apud Clementem Protrept. c. 2, p. 25; Theodoret de curandis Græc. affect., disput. 3, Opp. ed. Schultz. tom. iv, p. 767.

<sup>x</sup> Iliad. A, 590-90; Clem. ibid.; Tertull. Apol. c. 14; Arnob. iv, c. 24, et Orell. ad h. l.

<sup>y</sup> Nescio unde hæc habeat Firmicus. Forte ex Euhemero.

<sup>z</sup> Ovid. Metam. iv, 170; Minuc. Felix c. 22.

<sup>a</sup> Arnobius v, c. 27.

<sup>b</sup> Apollodor. 1, c. 1; Tatian. Orat. ad Græc. c. 42.

<sup>c</sup> Virgilii Æn. viii, vers. 319:

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,  
Arma Jovis fugiens, et regnis exsul adeptis.

Ovid. Fastor. 1, vers. 235:

Hac ego Saturnum memini tellure receptum;  
Cœlitibus regnis ab Jove pulsus erat.

<sup>d</sup> Arnob. iv, c. 24: Numquid pulsum a nobis senem Italorum delituisse in finibus? Minuc. Felix c. 22; Lactant. 1, c. 13, 14; Euseb. Præp. Evang. iii, 3; Tertull. Apol. c. 10; et Orell. in notis ad Arnob. Euhemerus ap. Ennium p. 320: Jupiter, cognitis insidiis (Saturni) regnum sibi denuo vindicavit et fugavit Saturnum. Qui cum jactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum vel necandum Jupiter miserat, vix in Italia locum, in quo lateret, invenit. Sed de Sparta-

rem catamiti Juno spernitur <sup>a</sup>, et ad Endymionem Luna descendit <sup>b</sup>, et contra voluntatem uxoris et filiae Trojanis auxilium ferens deceptus Jupiter dormit <sup>c</sup>. O flagitiosa confessio, o miserabiles deflendique cultus; o duræ servitutis miseranda conditio! Ad istorum cultum deorum sanctos homines, et Deum devota mente colentes, sacrilegum tyrannorum traxit imperium, et ut huic facinori aliud facinus adderetur, mors est decreta nolentibus <sup>d</sup>. Ad theatrum potius templa transferte, ut in scenis <sup>e</sup> religionum istarum secreta <sup>f</sup> tradantur, et ut nihil prætermittat improbitas, histrionibus facite sacerdotes. Alter dignior locus religionibus istis inveniri non poterit. Illic amores deorum vilis turba decantet. Illic casus mortesque saltatores..... Illic deorum in templis <sup>g</sup> ab impiis et facinorosis magistris melius mens perditæ et muliebris docetur facinus.

## CAPUT XIV.

*Serapidem, ejus nomen et sacra e Josephi patriarchæ historia fictum esse contendit; et demones in simulacris ex assiduis sacrificiis colligi et hostiarum sanguine nutrir. Serapidem humanis obedire jussis et nolentem ad loquendum adactum fuisse, ex Porphyrio probat; et idem hoc de omnibus reliquis Gentilium diis, Christianorum imperio obnoxiiis, statuit. Discite etiam, sacrosancti imperatores, veneran-*

nis ne verbum quidem in hoc loco. Unde hausit Firmicus nescius sum. Latet certe sphalma veteris librarii. Spartanorum nomen cum nomine eujuspiam populi Italici haud absimili confundentis.

<sup>a</sup> Ganymedis. Ovid. *Metam.* x, vers. 155; Just. *Mart. Ap.* 1, c. 33; Tatianus c. 16; Minuc. Felix c. 22; Arnobius iv, 44: *Et quid pro illis Ganymedibus raptis atque in libidinum magisteria substituis? Catamitum habet Cyprianus epist. 1, n. 2. Araobius, iv, 26: Catamitus raptus delictum futurus, et poculorum custos. Lactant. 1, 41: Raptus dicitur in aquila Catamitum. Theodor. de curandis Græc. Affect. Disp. 3, Opp. iv, p. 767. Festus: Catamitum pro Ganymede dixerunt. Papias: Catamitus..... Ganymedes. Ganymedes mollis fuit; ex quo Catamiti dicuntur molles. Plura apud Orellium. Addo Plauti *Menæchm.* 1, 2, 35.*

Dic mihi, nunquam vidisti tabulam pictam tu pariete,  
Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?

Cf. *Observationes Taubmanni* p. 587.

<sup>b</sup> Arnobius iv, 27. Notissima fabula. *Apollod.* 1, c. 7, et Heyne ad eundem.

<sup>c</sup> *Iliad* ̄, 352; Minuc. Felix c. 22.

<sup>d</sup> Hunc locum Hertzius intelligit de persecutione a Sapore in Christianos mota. *Sozomen. H. E.* 11, 1-13; *Cassiod. Hist. Tripartita* 11, c. 2. Sed proxime coherent cum iis quæ Firmicus paulo ante de mythologia Græcorum et Romanorum dixerat, quam Persas plane ignorasse constat. Itaque respiciunt persecutiones quibus imp. Romani ante Constantini M. imperium Christianos vexarunt.

<sup>e</sup> Tertull., *Apologet.* c. 6, theatra vocat *stuprandis moribus orientia*. Alio loco *consistorium impudicitiae*, de *Spectac.* c. 16; *sacrarium Veneris*, *ibid.* c. 10. Cyprianus ep. 2, ad Donatum: *Deinde morum quanta labes! quæ probrorum fomenta! Quæ alimenta vitiorum! Iustrionis gestibus inquinari.* Augustinus de *Civitate Dei* 11, 13, laudat veterem Romanam: *Illas theatricas artes diu virtus Romana haud noverat: quæ etsi ad oblectamentum voluptatis humanæ quærentur, vitio morum irreperent humanorum. Dii sibi eas exhib-*

ac dum Alexandriae numen <sup>h</sup> unde sumpserit exordium, ac <sup>i</sup> a communi nostra fragilitate detecta ad veritatis exordium mortalitatis nostræ sermo revocetur. Cum ingrueret arescentibus frugibus malitiosa famas, Jacobi religiosi patriarchæ semine procreatus juvenis Joseph, interpretatusque somnium regis, totum, quicquid innuebat, ostendit (*Gen.* xli). Joseph (est Jacobi filius) qui ob pudicitiam in carcerem missus, ereptus post interpretationem somnii, fuit particeps regni. Nam septem annorum collectis et servatis frugibus, alterius septennii egestatem divinæ manus providentia mitigavit. Huic post mortem Ægyptii patrio gentis suæ instituto templa fecerunt <sup>k</sup>: et, ut justam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modio <sup>l</sup> esurientibus et eumentibus frumenta diviserat, capiti is superpositus est. Nomen etiam, ut sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit. Nam quia Saræ pronepos fuerat, ex qua nonagenaria (*Gen.* xxi, 2) Abraham indulgentia Dei suscepit filium, Serapis dictus est Græco sermone, hoc est, *Σαράς ἀπό* <sup>m</sup>. Sed hoc invito Joseph accidit, immo mortuo. Neque enim ad hoc facinus religiosas animus et Deo summo dicatus adduci potuisset, ut erroris illecebras ex nomine suo superstitionis hominibus ipse præberet, præsertim cum sciret hæc esse in Dei sacrosanctis legibus, ne quis hominum tale ali-

beri petiverant. Havercamp ad *Apolog.* 1. 1.

<sup>l</sup> V. c. in Bacchis Euripidis, et in Aristophane.

<sup>k</sup> Locus est mutilus. Sic supplere tentavit Wowerius: *Illic casus mortesque saltatores exhibeant, illic deorum in templis, etc.* Probo: pauca saltem desiderari videntur.

<sup>h</sup> Serapis. Multi in eo sunt Patres, ut doceant Gentiles complura ex antiquissimis Judæorum fontibus hausisse (v. c. Theophilus ad Antolye. 11, 49; Justinus Cohortat. c. 8-10), sed multis modis corrupisse. Justinus Cohortat. c. 14 seq.; Tatiani Orat. c. 40; Tertull. ad Nationes 11, 2; Meyer de Arnobio p. 196. Idem hoc inter recentiores Petr. Daniel Huetius libro cæteroquin doctissimo *Demonstrat. Evang.* probare aggressus est.

<sup>i</sup> Emenda ut a communi.

<sup>j</sup> Glossema quod e margine in textum irrepsit: in ed. principe legebatur *et. Wow.*

<sup>k</sup> Fabula, unice ex confusione Josephi cum Serapide orta. Apium fuisse Josephum dicit Rufinus 11, 23. De *Api* confer Orellii notas ad *Arnob.* 1, c. 36, p. 317.

<sup>l</sup> Emendatio Wowerii loco *quomodo*. Respicit modium capiti Serapidis impositum.

<sup>m</sup> Serapidem eundem cum Josepho jam facit Paulinus Nolanus *Nat.* xi, S. Felicis, vers. 100:

..... Ut Serapis sanctum formaret Ioseph,  
Namine ferali abscondens venerabile nomen,  
Cum tamen ipsa fidem simulacri forma doceret,  
Qua modius capiti superest.

Ob annonam haud dubie Ægyptiis a Josepho levatam. Suidas quoque, ut Firmicus, verbo *Σάρατις*: *ἄλλοι δὲ (ἔρασαν εἶναι) τὸν Ἰωσήφ.* Sed Serapidis nomen esse Ægyptiæ originis, minime vero Græcæ, per se patet. Difficile ejus etymon tentavit Georg. Zoega in egregio opere de *Origine et Usu Obeliscorum* p. 306, assignavitque vocem Ægyptiacam qua significatur *patet tenebrarum*, cui respondet Græcorum *ἄδης* s. *ἄιδης*. Originem nominis dudumjam incertam fuisse patet ex Plutarcho de *Iside* c. 29, quia complures opiniones recenset. De hoc numine ejus vis atque potestas late patere credebatur, vide Creuzerum 1, 312 seq.

quid aut veneraretur aut coleret. Hic in Ægypto A est. Imprimis enim librorum partibus (id est in ipsis auspiciis positus <sup>f</sup>) dixit: *Serapis vocatus, et intra corpus hominis collocatus, talia respondit* <sup>g</sup>. Dicant nunc mihi perditii homines, quis potior est, qui vocat et imperat et includit, an qui vocatur et paret? Et cum venerit, in suscipientis hominis corpore potestate jubentis includitur. Gratias agimus, Porphyri, quod libris tuis deorum tuorum nobis substantiam prodidisti. Didicimus per te, quatenus dii tui hominibus viventibus serviant. Serapis tuus ab homine vocatur, et venit, et, cum venerit, statim jussus includitur, et loquendi necessitas nolenti forsitan imperatur. Sic apud nos deos vestros, cum hominibus nocere cœperint, religiosi sermonis flagella castigent <sup>h</sup>. Sic in corpore hominum constituti dii vestri B

verbo Dei spiritualium flammarum igne torquentur, *ut et sibi pabula propria nidoris et sanguinis procuret simulacris et imaginibus oblata*. Plura vide in Havercampii notis ad h. l. Arnobii tantum locum vii, 3, addam: *nisi forte hostiarum deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem consecratur et fumos, pasciturque de enissis, quas evomunt ardentia viscera adhuc uda de sanguine et prioribus humecta de sacris*. Cf. quoque v, 19, et vii, 28.

<sup>a</sup> De Neocoris, templorum æditus et custodibus, quem honoris titulum non solum singuli homines gerebant, sed et multæ, imprimis in Asia minori, nationes et civitates ambitiose affectabant atque repetitis vicibus ter quaterque assumebant; vide Eckhelli Doctrinam Nummor. Veter. iv, p. 288. Illic sermo est de Neocoris Serapidis, quorum unum (multi enim erant, cum de turba Neocororum Firmicus loquatur) M. Aurelium Asclepiadem, commemorat Marmor Farnesium apud Gruterum p. 314, 1, qui dicitur:

ο ΠΡΕΣΒΥΤΑΤΟΣ ΤΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΡΑΠΙΑΟΣ.

<sup>b</sup> Josephi ex mente Firmici, qui enim unum cum Serapide facit.

<sup>c</sup> Constans fuit veterum Christianorum opinio, sub statuis et imaginibus delitescere dæmones. Cf. Krog-Meyerum de Arnobio, p. 254. Hoc iisdem hisce verbis statuit Minucius Felix c. 27 (legendum autem sub statuis et imaginibus consecratis, haud vero, ut editt. habent, consecrati: nam statuæ, haud vero impuri spiritus consecrabantur. Vid. Lindnerum ad hunc Minucii locum). Idem asserit Cyprianus de Vanitate Idolorum c. 4: *Hi ergo spiritus sub statuis atque imaginibus consecratis delitescunt, ni fallor, ex Minucio*. Lactantius, ii, c. 15, 16. Tertull. Apologet. c. 21, extr.: *Si ea est, qua cognita ad bonum quis reformatur* (sc. divinitas Christi), *sequitur ut falsa renuntietur quævis alia contraria comperta, imprimis illa omni ratione, quæ delitescens sub nominibus et imaginibus mortuorum, quibusdam signis et miraculis et oraculis fidem divinitatis operatur*. Cf. de spectaculis c. 12: *In mortuorum autem idolis dæmonia consistunt, ut et titulos consideremus*.

<sup>d</sup> Nidore ex sanguine et carne hostiarum exorto numina nutriti communis fuit veterum populorum persuasio. Porphyr. de Abstinencia lib. ii, c. 42, p. 182; Goens. Lucianus de Sacrificiis c. 9; Aristoph. in Avibus v. 183 seq. et 1513 seq. Hinc quoque ad Christianos transit, idem de dæmonibus statuentes. D Athenagoras c. 22: *Οἱ δαίμονες εἰσὶν οἱ προσηρημένοι, οἱ προστετηκότες τῷ ἀπὸ τῶν ἱερῶν αἵματι, καὶ ταῦτα περιελχόμενοι*; et c. 23: *Οἱ περὶ τὴν ἕλην δαίμονες λέχου περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερῶν αἷμα ὄντες*. Justin. M. Apol. 2, c. 6: *Τὰ μὲν (dæmonum imperium in homines, angeli mali)... ἐπέφερον... τὰ δὲ διὰ διδασχῆς θυμάτων καὶ θυμαμάτων καὶ σπονδῶν, ὡν ἰνδεις γιγνώσκει μετὰ τὸ πάθει ἐπιθυμῶν δουλωθῆναι*. Minuc. Felix c. 27: *morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium vel hostiis pecudum saginati, remissis quæ constrinxerant, curasse videantur*. Huc referri quoque poterit Clementis Alex. Protrept. c. 2, p. 35: *Αὐτοὶ ποὺ ἐξομολογοῦνται οἱ δαίμονες τὴν γαστριμαργίαν τῶν αὐτῶν, ἡ δὲ τοῦ τῆς κνίσσης τῆς, τὸ γὰρ λάχουμεν γέρως ἡμῆς λέγοντες*. Tertull. Apolog. c. 22...

<sup>e</sup> Lege: *περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας*. Creuz. 1, p. 215. Liber dudum deperditus. Citatur ab Eusebio Præp. Evang. iii, 4, et sæpius; Augustino de Civ. Dei x, 23; Theodoro, aliisque. Holstenius de vita et scriptis Porphyrii c. 9, p. 55; et in Fabricii Bibliotheca Græca lib. iv, parte ii.

<sup>f</sup> Puto irrepsisse e glossa. Wow.

<sup>g</sup> Verba Porphyrii respicit haud dubie. Sanationes miraculosas et imprimis incubationes, quas in templo Serapidis Canopico peractas fuisse testatur Strabo xvii, c. 1, § 17; Tzschukke vi, p. 553; Cic. de Divinat. ii, c. 59. Serapidis Salutiferi mentio quoque exstat in marmoribus, Grut. p. xxiii, no. 7-10. Forte hoc adytum Firmici adhuc sæpe frequentabatur. Nam inde fere ab Alexandri Severi ævo maxime celebrabatur reconditionibus sacris, quibus sedulo operam dabant philosophi Platonici. Creuzeri Dionysus 1, p. 122.

<sup>h</sup> H. e. exorcismi: *adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, et statim de commissis sceleribus confictur*, Orig. Hom. 24 in Josuam. Si inimica virtus dæmonis obsideat alicujus corpus, adhibeantur autem multæ exorcistarum invocationes et ad hæc omnia surdus dæmon in obsessio corpore persistat, facilius ferens exorcistarum pœnas et adhibita sibi ex Dei nominis invocatione tormenta, Tertull. Apologet. c. 23. Cyprianus de Idolor. vanitate c. 4: *Videas illos (dæmonas) nostra voce et operatione majestatis occultæ flagris cædi, igne torreri, incremento pœnæ propagantis extendi, ejulare, genere, deprecari*. Idem ad Demetrianum, p. 491 Fell.: *Quando a nobis adjurantur et torquentur spiritualibus flagris et verborum tormentis, de obsessis corporibus ejiciuntur*. Idem ep. 78: *Per exorcistas voce humana et potestate divina flagellatur et uritur et torquetur diabolus*. Epist. 191: *Exorcistæ spiritalia flagra, et sæpius*. Minuc. Felix c. 27: *Adjurati enim per Deum verum et solum, inviti, miseri, corporibus inhorrescunt, vel exsiliunt statim, vel evanescent gradatim, prout fides patientis adjurat, aut gratia curantis aspirat*. Lactantius, ii, 15: *Cujus (Dei) nomine adjurati, de corporibus excedunt. quorum verbis, tamquam flagris verberati, non modo, dæmonas se esse contententur, sed etiam nomina sua edunt... itaque maximis sæpe ululatibus editis, verberari se et ardere, et jamjam exire proclamant; v. 21: sic extorti et virtute divini numinis exululant (al. exulant)*. Arnob. 1, c. 46: *unus fuit e nobis... cujus nomen*

et qui apud vos quasi dii coluntur, apud nos religio-  
sæ fidei medela Christi gratia humano subjacentes  
imperio, et tormenta repugnantes sustinent, et vici  
pœnis ultricibus subjungantur.

CAPUT XV.

De Penatibus agit, quorum nomen ex PENU derivat,  
et de Vesta, domestico tantummodo igne; rebus igitur  
hominibus gratis, utilibusque, quas deos fecerint.

Penates <sup>a</sup> etiam qui sint, explicare contendam,  
ne quid a me sit prætermisum. Qui nihil aliud putant  
esse vitam, nisi vescendi et potandi licentiam, hos sibi  
deos ex cupiditatis suæ humilitate fluxerunt, nutrimenta  
corporis, quæ ex quotidianis epulis comparantur, hoc  
nomine pro salute hominum consecrantes. Quia per  
epulas corporis reficitur infirmitas, alimenta solum  
esse Deum sanxerunt, nescientes divini oraculi  
veritatem. Cum enim Dominus noster Jesus Christus  
cum diabolo, pro nostra salute sollicitus, divina  
majestatis suæ collectatione certaret, et ut de  
faucibus ejus quem gerebat hominem liberare,  
hac eum responsione quassavit. Nam cum diceret  
ei diabolus: Si filius Dei es, fac <sup>b</sup> ut isti lapides  
panes fiant (Matth. iv, 3; Luc. iv, 3), auditum  
fugat noxios spiritus. Prudent. Apoth. 438:

..... Torquetur Apollo  
Nominè percussus Christi; nec fulmina Verbi  
Ferre potest, agitant miserum tot verbera linguæ!

Notandum ad h. l. ex Historia ecclesiastica: Catholicos  
spiritum erroneum objurgasse et ultro loqui prohibuisse;  
Montanistas contra ad loquendum plura provocasse.  
Routh Reliquiæ Sacræ 1, 446. Eandem quoque  
Gentilibus de vi adjurationum inhasisse persuasionem  
docet locus in Firmici Astronom. ii, c. 9: Faciet  
exorcistas et qui laborantes dæmonum incurSIONE  
hominem apertis remediis liberent. Plura de exorcistis  
vide ap. Binghamum Orig. eccl. tom. II, p. 19 seq.

<sup>a</sup> Cicero de N. deor. ii, c. 27, et ibi Creuzer.  
Tob. Hempelii de Diis Laribus. Zwickavie 1797.  
Jerm. Muller Dissert. Inaug. de Diis Romanorum  
Laribus et Penatibus. Hafn. 1811. Creuzer ii, 747  
seq.

<sup>b</sup> Fac unice exstat apud Firmicum. In reliquis  
Codicibus et Patribus, qui Antehieronimianam  
habent Matthæi et Lucæ Versionem, legitur sic.

<sup>c</sup> Non in pane tantum. Reliqui habent solo. Maximus  
Taurinensis consentit cum Firmico. Vide Sabatierii  
Bibl. Sacror. Latinas versiones antiquas 3, p. 277.

<sup>d</sup> Festus: Penora. Varro de Lingua Latina lib. iv.  
Wow.

<sup>e</sup> De Vesta cf. Cic. de Nat. Deor. ii, c. 27; Ovid.  
Fastor. iii, 45, et vi, 250 seq.; Arnob. iii, 52, iv,  
35; Isidori Orig. ix, c. 11.

<sup>f</sup> Irrisio!

<sup>g</sup> Haud intelligo quomodo ad peccandum cogi dici  
possint virginæ Vestales, in quarum incontinentiam  
ex legibus Pontificum Romanorum severissime  
animadvertetur. Neque contemnent illud Firmici  
cum verbis aut in virginitate perseverantes perdunt,  
etc., quadrare videtur. Totus locus laborat, et vix  
in integrum restitui poterit.

<sup>h</sup> Sc. quia calibem vitam non Deo, sed impuræ  
dæmoni Vestæ consecraverant.

<sup>i</sup> Cogitat de humero Pelopis, quem Ceres in epulo  
a Tantalio diis parato parum cauta, cum Proserpinam  
amissam lugeret, comederat. Serv. ad Virgil. Georg. iii,  
7: Cui a diis in vitam revocato Ceres

respondens ei Dominus dixit: Non in pane tantum  
<sup>c</sup> vivit homo, sed in omni verbo Dei (Luc. iv, 4).  
Nescientes itaque substantiam generis humani,  
quotidianas epulas hoc nomine consecrarunt. Nam omne,  
quo vescuntur homines, penus vocatur; hinc et  
cella penaria <sup>d</sup>, hinc et dii penates, ab abjectis et  
prostratis hominibus misera sunt cogitatione  
composita. Vesta autem quid sit discite <sup>e</sup>, ne putetis  
antiquum aliquid, aut cum summo terrore inven-  
tum. Ignis est domesticus, qui in focis quotidianis  
usibus servit. Quapropter coquos habeat <sup>f</sup>, non mi-  
seras virgines sacerdotes, quæ contemnent ignis  
ipsius favillas, aut prostituto corpore peccare co-  
guntur <sup>g</sup>, aut in virginitate perseverantes perdunt  
honestam gloriosi nominis dignitatem <sup>h</sup>.

CAPUT XVI.

Palladii originem exponit, ejusque numine neque  
Trojam, neque Romam, ab incendio tutam fuisse,  
nec ejus cultores in posterum tutos futuros.

Palladii etiam quid sit numen audite. Simu-  
lacrum est ex ossibus Pelopis factum <sup>i</sup>. Hoc Abaris  
† Scythia fecisse perhibetur; jam quale sit consi-  
derate, quod Scythia barbarus consecravit. Estne  
aliquid apud Scythas humana ratione compositum,

humerum eburneum loco amissi restituit. Hyginus fab.  
85. Serv. l. c. Lycophron v. 452: Hic deinceps cum  
ex Pisis Trojam deferretur, quod sine illo osse et arce  
Philoctetis Ἴλιον δὲσάλωτος oraculo accepissent, nau-  
fragio periit juxta Eubæum; a Damarneno vero pisca-  
tore Eretriensi expiscatum, illi et posteris custodiendum  
tradebatur. Pausan. Eliac. i, c. 15. Ex illa traditione,  
humerum Pelopis ad Græcos Trojam obsidentes de-  
latum fuisse, orta est altera fabula, ex eo a Trojanis  
Palladium factum esse. Hanc præter Firmicum ha-  
bet Clemens Alex. Protrept. c. 4. p. 41, ed. Potter:  
Πολλοὶ δ' ἂν τὰ ζα θαυμασίως, εἰ μάθουεν τὸ Παλλάδιον τὸ  
διοπετὲς καλούμενον ὁ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεύς ἱστοροῦν-  
ται μὲν ὑφελίσθαι ἀπὸ Ἰλίου παρακαταθήσθαι δὲ Διμο-  
φόντι, ἐκ τῶν Πέλοπος ὄστων κατασκευάσθαι, καθάπερ  
τὸ Ὀλύμπιον ἐξ ἄλλων ὄστων Ἰνδικῶν θηρίων. Hujus eburnei  
humeri mentionem quoque facit Philostratus,  
Imagg. c. 50. Cum Clemente consentit Arnob. iv,  
23: Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium  
prodidit? non vos? Huc pertinere Cassandræ  
verba apud Lycophronem v. 55, Meursius existimat:

Αἰώσω σε, κλέρον, δεύτερον περιμένον  
Ταῖς τ' Αἰακίσις χερσὶ, ταῖς τε Ταντάλου,  
Λατρίων σκουροῦσι λαιφάνοις πυρῶς  
Παιδὸς καταβροχθέντος αἰθέλων δίμας.

<sup>D</sup> Ex comparatione Palladii cum Jove Olympio probabile  
est Clementem de humero eburneo Pelopis cogitasse.  
Acceperat forte, Palladium apud Vestales Romanas  
servatum ex osse factum esse; vetustæ igitur  
fabulæ fidem habuit. Palladii, cujus primi auctores  
exstitisse feruntur Lesches et Arctinus (Hesych. v.  
Διομήδεις), ultimam, quantum scio, notitiam  
suppeditat Herodianus lib. 1, c. 14. Vestæ templo  
Commodi tempore igne deleta, Vestales virgines  
Palladium una cum aliis quæ servabant pignori-  
bus imperii Romani ad pontificem maximum eum-  
demque imperatorem in Palatinas aedes detulisse.  
Unde Firmicus quæ de Palladio tradit hauserit,  
nos latet. Plura habet quam Clemens; venditum,  
subhastatum fuisse ait. Hæc vero ex Eubemero  
eum sumpsisse, conjicere licet.

† In editionibus Avarus Scythia bis legitur. Sine  
hesitatione correxi Abaris Scythia, quem Aristoteles  
Barin appellat. Cf. Scaligerum in Gronovii Minuc.  
Felice et Firmico, p. 434.

et illa effera gens (hominum) et crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata, in constituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire? Simulacrum hoc Trojanis Abaris vendidit, stultis hominibus vana promittens. Vendebatur Deus, ut prodesset emptori, et emptor suppliciter adorabat, quicquid paulo ante viderat subhastatum. Substantia autem simulacri ipsius ex ossibus Pelopis est. Si humana vis miseros homines ossa venerari, purioris saltem et castioris hominis reliquias<sup>a</sup> collige. Accedat idolo, quod facis, ex hominis virtutibus meritum. Pelops in deliciis amatoris fuit, et diu prostituti pudoris damna sustinuit. Sed nec adulto ei scelus defuit. Is enim, cuius filiam petebat, cum fraude proditoris occidit<sup>b</sup>. Proditorem etiam ipsum perjuris aggressus est, et ne promissa redderet præmia, hunc eundem per abrupta præcipitia jactavit. En cuius electa sunt ossa, ut Deus fieret, qui urbes et regna servaret. Sed nec servavit aliquando nec profuit, et quid se maneat, ex urbium, in quibus fuit, casibus vidit. Incensa est Troja a Græcis, a Gallis Roma et ex utroque incendio Palladium reservatum est<sup>c</sup>. Sed reservatum non propriis virtutibus, sed humano præsidio: ab utroque enim loco homines liberant, et translatum est, ne humano flagraret incendio. Tanto numini humana fuerunt præsidia necessaria, et ne arderet, humanum quærsivit auxilium. Dilatum est Palladium ab incendio, non liberatum<sup>d</sup>. Stat sententia, manet pœna, ignis imminet, ignis urget, quem vitare non poterit. Jam parturit flamma cœlestis, jam divinæ animadversionis monstratur adventus, jam futuræ cladis nuntiatur exitium, in hoc incendio Palladium latebras invenire non poterit; ignis iste scrutatur abdita, quærit absconsa: et quidquid errantes homines vanis persuasionibus perdidit, rapida flammaram populatione complectitur: *Venit enim (inquit) dies Domini ut ardens cilibanus*<sup>e</sup> (*Malach. iv, 1*). Audisti quid veniat. Nihil est, quod

<sup>a</sup> Neptunus sc. Pelopem amisse dicitur. Pindar. Olymp. 1, 38; Tatianus Orat. ad Græcos c. 42; Arnob. iv, 26. Vide supra col. 1008, not. k.

<sup>b</sup> Hæc fabula a solo Firmico narratur.

<sup>c</sup> Ex primo ab Ænea, ex secundo a virginibus Vestalibus in bello Gallico ann. Urbis conditæ 365. Livius v, 40, tertium sub Commodo haud commemorat. Forte vero de Ænea haud cogitavit Firmicus, sed de Cæcilio Metello, qui cum templum Vestæ arderet (A. U. C. 512), sacra pignora a Vestalibus derelicta e flammis eripuit. Ovid. Fasti vi, vers. 457 seq.

<sup>d</sup> Itaque, cum Firmicus scriberet, Constantino et Constante imp. incolunt adhuc sub virginum Vestalium custodia permansit. Fabulæ enim sunt quæ J. Maleta et auctor Chronici Alexandrini ex traditione Byzantina referunt, Constantinum M. simulacrum hoc, Byzantium translatum, in foro ab eo nuncupato defodisse. Jo. Georg. Roeser de Palladio, in Jo. Christoph. Martini Thesaurio dissertationum, etc. tom. II, part. 1 (Norimb., 1765), p. 290. Quo autem tempore Palladium perierit, ab Auctoribus haud est memoriæ proditum. Vestales vero virginibus post leges a Gratiano et Valentiniano II adversus Idololatram latas contempti sunt habitæ et sensim desierunt. Nadal, *Histoire des Vestales; Mémoires de Littérature tirés du Registre de l'Académie des Inscriptions et B. L.*, tom. v, edit. in octava forma; Jo. Frid. Ei-

ex te collectum in apothecis Dominicis reponi possit: ardebis ut stipula, cujus inanis vilitas in cineres favillasque servatur, quam rapax ignis violentia congeniti spiritus pascitur. Hic est exitus finisque vester: hæc est pœna, quam pro deceptis hominibus Deus statuit, ut perpetuis ardeat flammis, qui contra voluntatem Dei miserum hominem aut decepit aut perdidit. Volo sane diligenter inquirere, cuius Minervæ hoc voluit esse signum<sup>f</sup>. Plures enim Minervæ fuisse constat, nec aliquis in ista parte dissentit. Singularum itaque genus, institutum, artem propositumque dicamus, ut ex his omnibus inveniri possit, Palladium cuius Minervæ sit nomine consecratum.

#### CAPUT XVII.

*De quinque Minervis agit. Quintæ Pallantis filia, Palladium dedicatum fuisse, cuius ut concremetur imago, deleanturque templa, hortatur, simul in sacerorum ritus, quibus homines peccare docentur, turpes et cruentos invehitur, eosque abrogari postulat.*

Quinque Minervas<sup>g</sup> fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est Vulcani filia, quæ Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbanæ conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in Ægypto<sup>h</sup>, Nili regis filia<sup>i</sup>, texturiæ artis magistra. Tertia patre Saturno genita est. Sed hanc virginem fuisse commemorant: nam numquam se intra feminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugnarum et cruenta secuta est studia bellorum. Quarta Jovis Cretici regis fuit filia, quæ occisum patri detulit Liberum. Quinta Pallante patre et Tritonide i matre orta est, quæ patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidalis amentia furoris et vesanæ temeritatis instinctu, patrem Pallantem crudeli morte jugulavit<sup>k</sup>: nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, et ut de morte patris crudelius senhart de Vestalibus et Jure Vestali P. R. Helmst. 1752; et in Opusculis p. 99 seq.

<sup>e</sup> Hanc lectionem solus habet Firmicus. *SABBATIER*, II, p. 1011.

<sup>f</sup> Hoc nimirum Palladium.

<sup>g</sup> Cf. Ciceronem de Nat. Deor. III, c. 25, qui omnes parum diverse recenset. Cf. Creuzeri notas. Primam Vulcani, alteram Nili filiam, tertiam (Ciceroni secundam) Saturni habet quoque Clemens Protrept. c. 2, p. 24, τὴν τοῦ πολέμου εὐρέτην, quartam Jovis, quintam Pallantis. Noster sequitur Clementem, qui c. 2, p. 8, de quinque Minervis agit. Vide porro Arnobium, IV, c. 17; et Epiphani. in Ancorato, p. 515.

<sup>h</sup> Ciceroni et Arnobio quoque secunda est Saitica ab Ægyptiis nomine quod Græce sonat Ἐλεθμων designata. Sic etiam in Cypro Venus cœlestis Ἐλεθμων salutabatur (Hesych., Ἐλεθμων ἐν Κύπρῳ Ἀποδίτη. Cf. de Neitha Arnob. IV, 16; Jablonskii Pantheon Ægypt. I, 53 seq.; et Zoegæ *Abhandl.*, p. 101.

<sup>i</sup> Nili regis filia. Elmenhorst. ad Arnob. III, 21, p. 117.

<sup>j</sup> Eadem habet Clemens Alex. Sed, ut et Ampelius c. 9, *Titavidem* eam vocat. Cf. Creuzerum ad Cic. de Nat. Deor., I, 1, p. 326.

<sup>k</sup> L. Ampelius c. 9. *Tietæa* ad Lycoph., v. 235.



triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est, ut parricidii facinus ex crudeliosententatione publicaret. Hujus est Palladium, proh nefas! nomine consecratum. Hæc est Pallas quæ colitur, hæc est quæ pontificali lege servatur<sup>a</sup>, et cujus imago suppliciter adoratur. Apponite ignem, augete flammam, ut quotidianis sacrificiis vestris dicatur ardere. Quid enim meretur aliud parricida, nisi ut perpetua mutatione flammarum ante sententiam Dei quotidie flammis ultricibus concremetur? Busta sunt, sacratissimi imperatores, appellanda, non templa<sup>b</sup>. Rogi sunt potius dicendi miserorum. Nam in honorem hominum perditorum ædes pro sepulcris miseranda hominum servitus facit. Hic crematorum corporum favillæ servantur, hic cineres mortuorum irreligiosa lege conduntur, ut acerbarum mortuorum casus quotidiano victimarum sanguine recrudescat, ut tristic lamentationis exitus renovatus annuis luctibus renascatur, ut sopitos fletus recentior ululatus exagitet, ut parricidia vel incesta vel mortes ex sacrorum ritu misera mens hominum et colere discat et facere. Amputanda sunt hæc, sacratissimi imperatores, penitus atque delenda, et severissimis edictorum vestrorum legibus corrigenda, ne diutius Romanum orbem præsumptionis istius error funestus commaculet, ne pestiferæ consuetudinis convalescat improbitas. Quidquid hominem Dei<sup>c</sup> conatur perdere, ne diutius in terra dominetur. Nolunt quidem et repugnant, et exitium suum prona cupiditate desiderant: sed subvenite miseris, liberate pereuntes, ad hoc vobis Deus summus commisit imperium, ut per vos vulneris istius plaga curetur. Facinoris eorum periculum scimus, erroris notæ sunt pœnæ; sed melius est, ut liberetis invitos, quam ut volentibus concedatis exitium. Ægrotantes contraria delectant, et cum corpus hominis adversa valetudo possederit, contra salutem suam a laborantibus perversa poscuntur. Capta mens languoris vitio morborum semper augmenta desiderat, et medelas artificum aspernatas contemnit<sup>d</sup>, respuit remedium medicinæ,

Heraclid. Ponticus Alleg. Homer., p. 73. De tertia Minerva: τρίτη δ' Ἀθηνᾶ, διὰ μιᾶς ἐπιβουλῆς εἰς πατέρα καὶ μητέρα δυσσεβοῦσα.

<sup>a</sup> Palladium sc. a Vestalibus, pontificibus Vestæ, custoditum. Gutherius de Vet. Jure pontifico Urbis Romæ p. 24. In vet. inscriptione dicuntur:

PONTIFICES VESTÆ V. V. C. C.

(Virgines Vestales castissimæ). Ibid.

<sup>b</sup> *Templa ut busta despiciunt.* Minuc. Felix. c. 8. Tertull. de Spectac., c. 13: *Nec minus templa quam monumenta despiciunt.* Nempe cum in plerisque Gentilium templis defunctorum cadavera sita essent ac tumulata (quod Clem. Alex., Arnobius, Eusebius, et alii pluribus comprobant), Christiani ab eo usu ea sæpius et denominabant et estimabant.

<sup>c</sup> Hanc denominationem videtur ex I Timoth. vi, 11, II Timoth., iii, 17, mutuatus esse. HERTZ.

<sup>d</sup> Wowerius correxit *Aspernat ac contemnit.* Nescio cur.

<sup>e</sup> Diem, quo sol in cælo lucet, in horas duodecim dividit, more Romano.

<sup>f</sup> Facile hæc admonent sublimis loci in Somnio

et in exitium suum prona animositate festinat. Tunc si malum morbi fortius creverit, majora remedia quæruntur, et pro salute hominibus sollicita fortius se medicina opponit. Asperi cibi, amari potus nolentibus ingeruntur: et si convalescit malum, et ignis adhibetur et ferrum. Sic homo, recepta sanitate et salute sibi reddita, quidquid ægrotantis corporis vitio invitatus passus est, hoc totum pro utilitate sua factum esse, stantis animi judicio confitetur.

#### CAPUT XVIII.

*Etymologias, sive origines nominum, quæ diis attribuebantur, exponit. Symbola deinde et signa cultus deorum explanat, multis simul, ubi occasio ipsi ex genio sæculi atque sacræ Scripturæ interpretandæ ratione ferre videbatur, locis Biblicis allatis. Et in quinque imprimis symbolis exponendis versatur.*

Accipite etiam, sacrosancti principes, nomina eorum qua sunt ratione composita; lumen hoc, quod hominibus jussu Dei, fugatis tenebris, diem reddit, quod per duodecim horarum spatia<sup>e</sup> cursus sui ordinem dirigit, solem dici voluerunt, non quia solus est, ut quidam volunt, quia ibi et cælum est et luna et alia plurima sidera quæ videmus, ex quibus quædam una serie et cohærentia perpetua simulque copulata lucent, alia toto sparsa cælo vagos cursus suis meliuntur erroribus<sup>f</sup>. Sed ideo Sol appellatur, quia, cum ortus fuerit, obscuratis cæteris sideribus, luceat solus<sup>g</sup>. Luna etiam hæc eadem Lucina a nocturno lumine nomen accepit<sup>h</sup>. Hanc etiam quidam dici voluerunt Dianam, quod per noctem lucens hominibus alterum pene diem faciat. A natando Neptunum dici voluerunt, ex hoc, quod libenter faciebant, substantiam nominis figurantes<sup>i</sup>. Terrenam vim omnem atque naturam, ditem patrem dicunt; quia hæc est natura terræ, ut et recidant in eam omnia, et rursus ex ea orta procedant, quæ res opulentiam terræ divitiasque monstravit. Frugum substantiam volunt Proserpinam dicere; quia fruges hominibus, cum seri cœperint,

Scipionis apud Ciceronem de Republica, lib. vi, c. 17 et 18.

<sup>g</sup> Cic., de Nat. Deor., II, 27: *Cum Sol dictus fuerit, quia solus ex omnibus sideribus est tantus.* Boethius Cons. Philos. v, Metr. 2:

Quem, quia respicit omnia solus,  
Verum possis dicere Solem.

Quin et Ἀπόλλων, μυστικῶς κατὰ τήρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος, ὁ εἰς ἔστι θεός, Clement. Strom. I, c. 24, pag. 449, ed. Pott. Vid. Creuzeri not. ad Cic. I. I.; Varro de L. L. lib. IV, c. 10; Isidori Origines, III, 70.

<sup>h</sup> Cic., de Nat. D., II, c. 27: *Luna a lucendo nominata sit; eadem est enim Lucina.* Cf. Creuzeri not. 96.

<sup>i</sup> Cic. de Nat. D., II, 26: *Neptunus a nando, parvum primis litteris immutatis.* Vide notam Creuzeri 83. Arnobius, III, 31, aliud affert etymon, quod aqua nubat terræ. Sic quoque Varro de L. L. IV. Fortassis derivandum videtur a νερός (Orell. ad Arnob. III, 31), nisi sit originis peregrinæ. Aliud etymon ex Nepto unus dedit Hermannus (Hermannus

prosunt. Terram ipsam Cererem nominant <sup>a</sup>; nomen hoc a serendis fructibus <sup>b</sup> mutuatum. Ex bellorum casibus Mavors <sup>c</sup> nomen accepit, quasi magna vertat. Minerva <sup>d</sup> similiter bellicum nomen est, quasi aut minuat aut minetur. Venustas hominum Venus dicta est <sup>e</sup>. Apollinis nomen ex humanis finxerunt casibus, sermone Græco, quasi omnia commissa sibi aut amittat aut perdat. Solem etiam Apollinem dicunt, quia quotidie in occasu constitutus splendorem luminis perdat. Perdere autem Græci ἀπόλλειν dicunt <sup>f</sup>. Videtis ut vestros ementitos et fictitios deos turbulentes error excogitaverit, ut superstitionibus anilibus et formæ vobis traditæ sunt et nomina. Sed hæc omnia veritas detexit, et ratio sanæ mentis invenit, ut investigatis omnibus atque detectis, quæ sacrilegus error absconderat, B veritatis semita luceret. Hæc enim omnia cum essent male composita, terrori primum fuere mortalibus <sup>g</sup>: dehinc consumpta novitate, quasi ex longa ægrotudine convalescentibus hominibus, natus est quidam ex admiratione contemptus. Sic paulatim, quod stupebat animus, ausus est diligenter inquirere, et statim in arcana fictarum ac vanarum superstitionum sagax misit ingenium. Tunc ex assiduis tractatibus latentium ratione collecta pervenit ad

und Creusers Briefe über den Homer und Hesiodus, pag. 191), et de Nephthy sane cogitari possent (Creuzeri not. 73 ad Cic. de Nat. D. 1, 25), cum Etrusci, Romanorum in rebus divinis magistri, tot commercis cum Ægyptiis fuerint juncti, ideoque hujus numinis nomen ab iis facile accepisse potuerint. In monumentis tamen Etruscis, quæ ætatem tulerunt, nullum est Neptuni vestigium. Neque certo constat, Consum Deum a primævis Romanis Sabinisque cultum idem fuisse cum Neptuno numen. Consiliorum potius fuisse videtur Deus, a verbo *conso*, h. e. *consulo*. C ingeniosa sane est conjectura Dan. Wyttenbachii ab antiquo *νέπος*, *piscis*, vel *νίπτειν*, *alluere*, etymon ducens. Selecta scholar. in Cic., de Nat. D., ed. Creuzeri, p. 754. Digna quoque, quæ accuratius examinatur, est Bottigeri sententia, Neptunum antiqua ætate dictum fuisse *Ποσειδῶν*, *Donum fontium* (*Ideen zur Kunstmythologie*, p. 269).

<sup>a</sup> Arnobius, v, c. 35 et 37, pro tellure Cererem nominat. Theodor. de Græcor. affect. curandis oratio 5, Opp. tomo iv, p. 771, ed. Schulze.

<sup>b</sup> *Leges a gerendis fructibus*, emendatione Creuzeri, secundum Cic., de Nat. D., ii, 26, p. 312, ubi: *Mater est enim a gerendis frugibus CERES tamquam GERES*; et not. Creuzeri 86. Aliud etymon ex Hebraica lingua tentavit Schellingius in diasertat. de numinibus Samothracicis, pag. 63. Cereris nomen a. r. *צרת* deducens, quæ inter alias significationem quoque *arandi* habet.

<sup>c</sup> *A malo avertendo?* (Herrmanns und Creuzers Briefe, pag. 202) Payne Knight Prolegg. ad Homer., 163, ed. Ruhkopf, deducit a *μάω*, cum digammate æolico *μάωω*, *impetu feror*, *vehementer cupio*.

<sup>d</sup> Nomen videtur esse Etruscum. In pateris Etruscis enim sæpe legitur *Menra*, *Menerva*; a Sabinis vel ab Etruscis Romani accepisse videntur. Cf. Creuzerum ad Cic. de N. D. ii, 26, not. 88. *Minerva a Sabinis* ait Varro L. L. iv, c. 10; it. Festus. Cic. de Nat. D. ii, 26, et iii, 24: *Minerva quæ vel minueret, vel minaretur*. Festus: *Minerva dicta quod bene moneat*. Ex Ciccone Firmicus etymon utrumque hausit: vid. Creuzeri notam 88 ad Cic. de Nat. D. ii, 26. G. J. Vossius e veteri verbo *meneo* pro *moneo* a *μνός* repetit, cum quo consentit Lauzius *Saggio di*

A causas, ut profanarum religionum miseranda commenta humanum genus primum disceret, et deinde contemneret, tertio recusaret.

## CAPUT XIX.

1. *In Eleusinio*: *Ἐκ τυμπάνου βίβρωκα*, etc., *ubi multa habet de pane cælesti, fortassis eucharistico*.

Libet nunc explanare, quibus se signis vel quibus symbolis in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quæ illis in istis sacrilegiorum cætibus Diaboli tradidit disciplina. In quodam templo <sup>h</sup>, ut in interiores partes homo moriturus <sup>i</sup> possit admitti, dicit: De tympano manducavi, de cymbalo bibi, et religionis secreta perdidici. Quod Græco sermone dicitur *ἔκ τυμπάνου βίβρωκα*, *ἐκ κυμβάλου πίπωκα*, *γέγονα μυστικός* <sup>j</sup>. Male, miser homo, de admissio facinore confiteris, pestiferum veneni virus hausisti, et nefario furoris instinctu lethale poculum lambis; cibum istum mors sequitur semper, et pœna æterna. Hoc, quod bibisse te prædicas, vitalem venam stringit in mortem, et sedes animæ contaminata malorum te continuatione conturbat. Alius est cibum, qui salutem largitur et vitam; alius est cibum, qui hominem summe Deo et commendat et reddit; alius est cibum, qui languen-

*lingua Etrusca*, p. 199 seq., 203, 209. Arnobius, iii, 31, a memoria deducit, quasi *Meminerva*. Cf. Notam Orellii. Dan. Wyttenbachius denique originem in verbo *minari* querit, quia aliud deæ nomen Pallas a *πάλλειν*, vibrare hastam, derivetur (Creuzeri ed. Cic. de Nat. D. p. 754).

<sup>e</sup> Cic. de N. D. ii, 27: *Venerem nostri nominaverunt, atque ex ea potius venustas, quam Venus ex venustate*. In Dan. Wyttenbachii Scholiis ap. Creuzerum, p. 788, tentatur etymon ex *ένός unus*, quia in numine Veneris cernitur vis jungendi, e quo, præposito Fœolico, fit Venus. Verum pace tantorum virorum monebo: numen esse originis Orientalis, Astartenque plurali majestico dici facile *בת* potuisse, veluti *κόρη*, quod Proserpinæ nomen fuit. Unde *בת* *בית* II Reg. xvii, 30, et nomen urbis Sicca Veneria in Numidia.

<sup>f</sup> In Græcis parum versatus fuit Firmicus; ἀπόλλειν habet loco ἀπόλλυειν. Arnobius nomen haud tentavit, neque reliqui quos inspexit scriptores Christiani. Etymol. M. etymon repetit ex ἀπολύων τῶν κακῶν, quod quoque inter alia habet Plato in Cratyllo, Heindorf. p. 74.

<sup>g</sup> Primus in Orbe deos fecit timor....

Fragm. Petronii ed. Burmannianæ p. 676.

<sup>h</sup> Cereris Eleusiniae.

<sup>i</sup> Vix sermo est de homine morti proximo; nam hos in interiores partes templi ejusque adyton vel etiam in hypogæa, in quibus, ni fallor, mysteriorum potior eaque arcana pars celebrabatur, ante mortem admissos fuisse, nihil est quod probeat, vel indicet. Homo vero moriturus est *mortalis*.

<sup>j</sup> De verbis hisce Eleusiniarum mysticis, quæ tessera erant initiatorum (τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων Μυστηρίων, ut ait Clemens Alex.) vide Clement. Alex. Protrept. c. 2, p. 14. Cf. Meursii Eleusinia et loca ibi citata, p. 30, et notam L. B. Sylvestri Sacy ad Santa-Crucii *Mystères du Paganisme*, I, p. 504. Cæterum Firmicus symbolica hæc verba paulum immutat; habet enim *γέγονα μυστικός*, quod male Latine vertit: *et religionis secreta perdidici*. In Clemente horum neutrum legitur, sed: *ἐκπροφορήσα, ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπίδουον*. *Cernum gestavi, me in thalamum clam insinuavi*. (Vide notas Potteri ad h. l.)

les relevat, errantes revocat, lapsos erigit, qui morientibus æternæ immortalitatis largitur insignia. Christi panem, Christi poculum quære <sup>a</sup>, ut terrena fragilitate contempta, substantia hominis immortalis pabulo saginetur. Quis est autem hic panis vel quod poculum? de quo libris Salomonis sapientia magna voce præclamat, ait enim: *Venite, et manducate de meis panibus, et bibite nimum, quod miscui* <sup>b</sup> (*Prov. ix, 5*), et Melchisedech, rex Salem, et sacerdos summi Dei, revertenti Abrahamæ cum pane et vino benedictionis obtulit gratiam <sup>c</sup> (*Gen. xiv, 18*). Isaac etiam cum Jacob benedixisset, cum hoc idem Esau a patre suppliciter exigeret, respondit ei pater: *Dominum tuum fecit illum, et omnes fratres ejus feci servos, tritico et vino confirmavi illum* <sup>d</sup> (*Gen. xxvii, 37*). Tunc Esau casus suos misera lamentatione deflevit, quia tritici et vini, id est, futuræ felicitatis perdidit gratiam. Quod autem consecratis hominibus a Deo panis divinus iste præstetur, per Esaiam dicit Spiritus sanctus: *Sic dicit Dominus: Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis. Ecce qui serviunt mihi, jucundabuntur, vos confundemini, vos interficiet Dominus* <sup>e</sup> (*Esai. lxxv, 13, 14; v, 13*). Non solum panis iste a Deo summo sacrilegis et impiis denegatur, sed et pœna promittitur, et acerbior mortis decernuntur exitia, ut esurientibus faucibus divinæ animadversionis exitus ingeratur. Sequuntur etiam hoc idem xxxiii psalmi veneranda responsa; ait enim per David Spiritus sanctus: *Gustate et videte, quoniam dulcis est Dominus. Dulce est cœleste pabulum, dulcis Dei cibus, nec habet in se miseræ famis triste tormentum, et de medullis hominum præcedentis veneni virus excludit* <sup>f</sup> (*Psal. xxxiv, 9*). Hæc ita esse sequentia oraculi responsa declarant; ait

enim: *Time te Dominum, sancti ejus, quia non est inopia eis, qui metuunt eum. Divites eguerunt, et esuriant; qui autem inquirunt Dominum, non indigebunt omni bono* <sup>g</sup> (*Psal. xxxiii, 10, 11*). Qui sic in templo prætextatus incedis, qui fulges purpura, cujus caput aut auro aut lauro premitur, errorem tuum turpis egestas insequitur, cervicibus tuis onerosum paupertatis imminet pondus. Illum quem despicias pauperem, largus <sup>h</sup> et dives est, spatium illi Abraham in sinu suo præparat (*Luc. xvi, 22 seq.*). Tunc tu per interjecta flammarum spatia, ad mitigandæ conscientie tue vulnera, tenuem ab eo stillantis aquæ guttulam postulabis, nec tibi volens Lazarus lenimentum doloris tui aut dare poterit aut impetrare. Singulorum enim pari gratia merita pensantur: illi vita conferetur propter hujus sæculi mala; tibi propter hujus sæculi bona, perpetua tormentorum pœna decernitur. Ut autem manifestius diceretur, quinam ille esset panis, per quem miseræ mortis vincuntur exitia, ipse Dominus sancto ac venerando ore signavit, ne per diversos tractatus <sup>i</sup> spes hominum pravis interpretationibus fallerentur. Dicit enim in Evangelio Joannes: *Ego sum panis vitæ; qui venerit ad me, non esuriet, et qui in me crediderit, non sitiet nunquam* <sup>j</sup> (*Joan. vi, 35*). Item in sequentibus hoc idem simili modo significat; ait enim: *Si quis sitit, veniat et bibat, qui credit in me* <sup>k</sup>. Et rursus ipse, ut majestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait: *Nisi ederitis carnem Filii hominis, et biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis* <sup>l</sup> (*Ibid., 54*). Quare nihil vobis sit cum tympanis <sup>m</sup>, cibo odii, miseri mortales; salutaris cibi gratiam quærite, et immortale poculum bibite. Christus vos epulis suis revocat ad lucem, et gravi veneno putres

<sup>a</sup> Contextus docere videtur, in afferenda mysteriorum Eleusiniarum symbolica illa formula, *ἐκ τυμπάνου βίβρωκα, ἐκ κυμβάλου πίωκα*, non omnem Eucharistiæ cogitationem a mente Firmici alienam fuisse; quæ enim sequentibus e Psalmo xxxiii (in Hebraicis Bibliis xxxiv) affert verba, ab antiquis quibusdam doctoribus de Cœna Domini mystice fuisse explicata, testis est Theodoretus in Paraphrasi hujus ps. vers. 9: *Ἰστίον μίντοι ὡς τοῖς πάσαι Ἰουδαίους ἢ εἰρημένη ἀρμόττει διάνοια· ὁ δὲ γε ἐν τῷ βῆθει τοῦ γράμματος κρυπτόμενος νοῦς τῶν θείων μυστηρίων τὴν χάριν αἰνίττειται· διὰ γὰρ τοῦ παναγίου βαπτισματος ὁ ἀληθὴς φωτισμὸς (respicit vers. 6 præcedentem) τοῖς προσιοῦσι προσγίνεται, καὶ τῆς ζωοποιοῦ τροφῆς ἢ γεῦσις τὴν ἀγαθότητα τοῦ σωτήρος δείκνυσιν ἐναργῶς. Τί γὰρ οὕτως αὐτοῦ σαφῶς τὴν φιλανθρωπικὴν ὑποδείκνυσιν, ὡς σταυρὸς, καὶ τὸ πάθος, καὶ ὁ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος θάνατος, καὶ τὸ γενέσθαι τῶν οἰκείων προβάτων τροφήν ἡμῶν καὶ πηγὴν*: Opp. ed. Schultziarum (Hal., 1769) t. I, p. 815. Quam quidem horum verborum interpretationem Firmici jam ævo usurpatam fuisse, haud dubito. Sacram porro Cœnam ipsa ejus verba innuere videntur: *et rursus ipse* (Christus), ut majestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait: *nisi ederitis carnem Filii hominis et biberitis sanguinem ejus*. HERTZ. — Justinus M. Apol. I, c. 86; Dial. c. Tryphone, p. 237, Tebb., dæmones in Mithriacis sacris Eucharistiam imitatos fuisse assertit. Idem legitur in appendice libri Tertull. de Prescriptionibus c. 40. Vide quoque Grabii Spicileg. Patrum II, p. 240.

<sup>b</sup> Fere ut Augustinus de Civitate Dei, xvii, 20.

<sup>c</sup> Melchisedecum veteribus Christianis typum fuisse Christi, ex Hebr. vii, 1, constat; itaque panis et vini oblatio typus erat Eucharistiæ.

<sup>d</sup> Verba hujus versus in editione Sabateriana ex Firmico sumpta sunt.

<sup>e</sup> Ut Cyprianus l. i Testimonior. adversus Judæos, et Fulgentius lib. i ad Monim. c. 25, vers. 14. Ultima verba: *vos interficiet Dominus*, a Cypriano præmittuntur.

<sup>f</sup> Cyprianus lib. i Testimonior. Augustinus in psalm. xcix: *Gustate et videte, quoniam dulcis est Dominus*.

<sup>g</sup> Fere ut Cyprianus Testim. lib. i et iii, 11, *non deficient omni bono*, ut Auctor Operis imperf. in Mattheum, et Breviar. Mozarabicum.

<sup>h</sup> Forte Lautus. Wow.

<sup>i</sup> Innuit sinistras prophetarum interpretationes. Cf. Justini Apolo. I, c. 54, 56, 59; Dial. c. Tryphone c. 69. Vide Henr. Georg. Clausen Apologetæ Ecclesiæ Christianæ Antetheodosiani Platonis ejusque philosophiæ arbitri (Hafn., 1817), p. 81. Minuc. Felix. c. 27: *Dæmones et falluntur et fallunt, et nescientes sinceram veritatem, et quam sciunt, in perditionem sui non confitentur*.

<sup>j</sup> Cyprianus Testimonior. lib. i, habet tamen, *qui venit*.

<sup>k</sup> Haud exstat in sequentibus; sunt eadem fere verba, v. 35, quæ mox allegaverat.

<sup>l</sup> Cyprianus de Orat. Domin. et Testim. lib. i et iii.

<sup>m</sup> Respicit formulam mysticam Eleusiniarum, *ἐκ τυμπάνου βίβρωκα*.

artus et torpescientia membra vivificat. Cœlesti cibo renovate hominem perditum, ut quicquid in vobis mortuum est, divinis beneficiis renascatur. Didicistis quid vos facere conveniat, eligite quod vultis; inde mors nascitur, hinc immortalis vita donatur.

## CAPUT XX.

2. In Mithriaco forte : Χαῖρε, νόμπε\* χαῖρε, νέον φῶς· qua occasione de Christo sponso mundique luce multa habet.

Dicis etiam : Χαῖρε, νόμπε\* χαῖρε, νέον φῶς. Quid sic miserum hominem per abrupta præcipitas, calamitosa persuasio? Quid illi falsæ spei polliceris insignia? Nullum apud te lumen est, nec est aliquis sponsus, qui hoc mereatur audire. Unum numen est, unus est sponsus hominum, quorum gratiam Christus accepit<sup>a</sup>. Non poteris ad te alienæ felicitatis transferre gloriam, nec poteris cœlestis numinis splendore decorari. In tenebras squaloresque projectus es : illic sordes, squalor, caligo, tenebræ, et perpetuæ noctis dominatur horror. Si vis ut tenebris saltem tibi splendor luminis luceat, erige vultus, et demersos erige oculos, et, desertis his, ad eum te confer qui dixit : *Ego sum lux mundi* (Joan. viii, 12); cujus divinis præceptis continetur, ut in hac terrena conversatione opus nostrum per dies singulos luceat. Lucere autem non potest, nisi immaculata nos conscientie ornamenta protexerint, nisi integra nos et incorrupta vita commendet; tunc orietur nobis veri luminis gratia; tunc se nobis lucis auctor insinuet; tunc verum lumen et accipere possumus et videre. Sed ut sacrilegæ vocis comprimatur improbitas, quis sit vere sponsus, sacrarum lectionum oraculis comprobabo; ut probetur sponsum esse Christum, sponsam Ecclesiam : ex quo venerando patri spirituales filii per dies singulos procreantur. In hac probatione arcana prophetarum veneranda pandantur. Assistat nobis sanctorum oraculorum fides. Joel divino Spiritu monente sic dicit : *Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium, et indicite curationem, aggregate populum, sanctificate Ecclesiam, excipite majores natu, colligite parvulos lactentes, procedat sponsus de cubiculo suo, et sponsa de thalamo suo*<sup>b</sup> (Joel ii, 15, 16). Hoc idem Jeremias simili ratione significat; ait enim cum Hierosolymæ truci minatur oraculo : *Et auferam de civitatibus Judæ et urbibus Hierusalem vocem lætantium, vocem Sponsi et vocem sponsæ*<sup>c</sup> (Jerem. xvi, 16).

<sup>a</sup> Alius symboli vel hymni in sacris cantari soliti admonet lectores Ethnicos; e quibusdam mysteriis haustum sit, ignoro. Ex Mithriacis forte, cum sol eo salutetur. Sponsi vero et novæ lucis mentio Firmicum inducunt, ut de Christo, quem suæ Ecclesiæ sponsum et mundi lucem (Jo. viii, 12) venerabantur christiani, exponat atque ad eum applicet.

<sup>b</sup> Ut Cyprianus Testim. lib. ii.

<sup>c</sup> Cyp. ii Testim. habet de quadriuis Hierusalem; noster omittit : et vocem gaudentium.

<sup>d</sup> Cyp. Testim. lib. ii, differt tantum una voce profectio, cum Cyprianus habeat egressio.

<sup>e</sup> Glossema quod in edit. principe legitur : *id est in revelatione*, delevit Wowerius.

A Processum sponsi etiam per psalmos prædicat Spiritus sanctus. In xviii psalmo hoc invenitur oraculum; ait enim : *Et ipse velut sponsus egrediens de thalamo suo exsultavit, ut gigas, viam currere. A summo cœli profectio ejus, et decursio ejus usque ad summum ejus, et non est qui lateat a calore ejus*<sup>d</sup> (Psal. xviii, 6, 7). Secretiora pandantur arcana : in Apocalypsi<sup>e</sup> quis sit Sponsus inveniemus; ita enim scriptum est : *Veni, ostendam tibi novam nuptiam, uxorem agni. Et duxit me in spiritu in montem magnum, et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendantem de cœlo*<sup>f</sup> (Apoc. xxi, 9, 10). Investigandum est, quid etiam nobis de hac ipsa re tradat Evangelica disciplina; inveniemus enim in Evangelio Joannis ita esse signatum : *Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis, qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante ipsum. Qui enim habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi est, qui stat et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi*<sup>g</sup> (Joan. iii, 28 et 29). Hujus rei mysterium ostensum est, hujus sponsi adventum sapientium virginum chorus expectat, huic præfert lumina pervigili cura sancta virginitas, expectantibus sponsum (Matth. xxv, 1 seq.) servis felicium præmiorum promittitur munus. Invenimus enim in Evangelio Lucæ : *Sint lumbi vestri præcincti et lucernæ ardentes, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat a nuptiis; ut, cum venerit et pulsaverit, aperiatur illi. Felices servi illi, quos adveniens Dominus invenerit vigilantes*<sup>h</sup> (Luc. xii, 35, 36). Ecce venerandorum responsorum oraculis sponsus ostensus est. Quid tu tibi in acerbis casibus constitutus beatum nomē imponis? Si vis liberatus lumen sequi sponsi, projice errores, et pervigili cura sollicitus, præcedentia vitæ facinora religiosa devotione castiga. Tunc te in nomine suo cum vigilantem invenerit sponsus, cum fidei tuæ merita cognoverit, dabit maximum præmium, dabit integrum munus, intrabis cum eo cœli thalamum, videbis regna mundi, et ut eorum particeps esse possis, a piissimo et justissimo Domino immortalitatis tibi gratia conferetur.

## CAPUT XXI.

3. In alio, certe Mithriaco, Θεός ἐκ Πέτρας : ubi multa congerit ex sacris Scripturis de Christo lapide.

Alterius profani sacramenti signum est : Θεός ἐκ Πέτρας<sup>i</sup>. Cur hoc sanctum venerandumque secre-

<sup>f</sup> Ut Cyprianus Testim. lib. ii.

<sup>g</sup> Ut Cyp. Testim. ii.

<sup>h</sup> Cyp. ad Fortun. Testim. ii.

<sup>i</sup> Mithræ, in cujus mysteriis hoc sacramenti signum usurpatum. Hieron i adv. Jovinian. Mithram juxta gentilium fabulas in lapide de æstu libidinis generatum scribit Justinus Dial. c. Tryphone c. 70 : Οἱ δὲ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδίδόντες λέγουσι ἐκ πέτρας γεγενῆσθαι αὐτόν. Wow. Commodianus Instruct. xiii :

Invictus de petra natus, si deus habetur.

Augustin. in Amos iii, 9, πετρογενὲς Μίθρας ap. Joh. Lyd. de Mensibus, p. 47. Romanos, inquit, impet-

tum ad profanos actus adulterata professione transfertis? Alius est lapis, quem Deus, in confirmandis fundamentis promissæ Hierusalem, missurum se esse promisit. Christus nobis venerandi lapidis significatione monstratur <sup>a</sup>. Quid tu ad commaculatas superstitiones furtiva fraude venerandi transfers nominis dignitatem? Lapidem tuum ruina sequitur, et cadentium culminum funesta collapsio. Noster lapis Dei fundatus manu exstruit, confirmat, erigit, nunit et restaurati corporis gratiam perpetuæ immortalitatis splendore condecorat: ait enim de hoc Esaias, innuente Spiritu sancto: *Sic dicit Dominus: ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum angularem, honoratum, et qui crediderit in eum, non confundetur* <sup>b</sup> (Esai. xviii, 16). In palmis etiam simile responsum est; ait enim Spiritus sanctus in cxvii, ps.: *Lapis quem reproberunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Annon factus est iste, et est mirabilis in oculis nostris* <sup>c</sup> (Psal. cxvii, 22, 23)? Per multos prophetas Spiritus sanctus nominis istius ordinem monstrat: ait enim Zacharias propheta: *Ecce ego adduco puerum meum, ortus ei nomen est, quoniam lapis, quem dedi coram Jesu, super lapidem ipsum unum, septem oculi sunt* <sup>d</sup> (Zach. iii, 8, 9). Sed ut manifestius constet, antiquiora venerandarum lectionum secreta pandamus. In Deuteronomio ita comprehensum est: *Et scribes super lapidem omnem legem hanc* <sup>e</sup> (Deut. xxvii, 8). Jesus etiam Nave jussu divinitatis hoc specialiter comprehendit; ait enim: *Et accepit lapidem magnum, et statuit eum contra Dominum. Et ait Jesus ad populum: Ecce lapis iste erit mihi in testimonium, quia iste audivit omnia quæ dicta sunt a Domino, quando locutus est ad vos. Et erit iste nobis in testimonium in novissimo dierum,*

mis colere Vestam, ὡς περὶ τὸν πετρογενῆ Μίθραν οἱ Πέρσαι διὰ τὸ τοῦ πυρός κέντρον καὶ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, οἱ ὑπὸ τὴν ἄρκτον διὰ τὸ κέντρον τοῦ ὕδατος. Loca collecta sunt a Philippo a Turre in Monumentis veteris Antii. Cf. præterea Creuzer. i, 177; Zoega Abhandl. p. 152. Idem hoc nomen respicit forte Spelæa, in quibus Mithræe mysteria celebrabantur.

<sup>a</sup> Alterius profani sacramenti signum est, inquit Firmicus. Primum enim erat epiphonema illud c. 20: Χαῖρε, ὡμυρε· χαῖρε, νέον φῶς. Sicut illud sacrarum litterarum sententis Christo vindicare studuit, ita quoque ad hoc verba Sacri codicis accommodavit, locis V. T. usus. Sunt enim sequentes: Deuteron. xxvii, 8, *et scribes super lapidem omnes sermones legis hujus*; et Josue xxiv, 26, 27, de lapide magno, quem Josua tulit et statuit sub terebintho, quorsum spectant ejus verba: *lapis quem Deus, in confirmandis fundamentis promissæ Hierusalem, missurum se esse promisit.*

<sup>b</sup> Christum cum lapide componere solemne est veteris ecclesiæ Patribus. Sic Justinus M. Dial. c. Tryphone sapius, occasione ex Matth. xxi, 42; Marc. xii, 10; Luc. xx, 17; Actor. iv, 11, et Psal. cxviii, 22, sumpta. Tertullianus adv. Judæos c. 9. In carmine Damasi de nominibus Domini salutatur *Petra*, in simili Ennodii Ticinensis *Lapis et Mons*, in Orientii Illiberitani *Mons et Lapis angularis* vocatur. Quæ omnia, si tanti est, vide in nostris *Sinnbilder und Kunstvorstellungen der alten Christen. Fascic. 1, p. 17 seq.*

*A quando recesseritis a Domino vestro* <sup>f</sup> (Josue xxiv, 26, 27). Quod autem per hunc lapidem, id est, per Dominum nostrum Jesum Christum, et dii isti casuri sint et multitudo templorum, aperte Daniel venerandis oraculis explicavit; ait enim, cum interpretaretur somnium regis: *Et ecce imago, imago nimis magna, et contemplatio ipsius imaginis metuenda, elata stabat contra te, cujus caput fuit ex auro bono, pectus et brachia ejus argentea, venter et femora ærea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles, quoadusque abscissus est lapis de monte, sine manibus concidentium, et percussit imaginem super pedes ferreos et fictiles, et comminuit eos minutatim, et factum est simul ferrum et testa et aramentum et argentum et aurum, facta sunt minuta quasi palea, et ut pulvis in arida æstate, et ventilavit illa ventus, ita ut nihil remanserit in illis. Et lapis, qui percussit imaginem, factus est mons magnus, et implevit totam terram* <sup>g</sup> (Dan. ii, 31-35). Quis locus in terra est, quem non Christi possederit nomen? qua sol oritur, qua occidit, qua erigitur septentrio, qua vergit auster, totum venerandi nominis majestas implevit <sup>h</sup>. Et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriæ palpitent membra <sup>i</sup>; tamen in eo res est, ut e Christianis omnibus terris pestiferum hoc malum funditus amputetur. De idololatorum lapide <sup>j</sup>, de quo dicunt: Θεὸς ἐκ Πέτρας, quid prophetarum respondet oraculum? quis autem restitit, vel cui parcat iste lapis? Lapis autem hic sanctus, id est, Christus aut fidei fundamenta sustentat, aut in angulo positus <sup>k</sup> (Ps. cxviii, 22; Matth. xxi, 42; Marc. xii, 10; Luc. x, 17; Actor. iv, 11; I Petr. ii, 7), duorum parietum membra æquata moderatione conjungit, id est, veteris et novi Testamenti in unum colligit gentes: aut certe corporis et animi diversitatem inviolata

<sup>b</sup> Consentiant hæc verba plane cum Cypriano in Testim. lib. ii.

<sup>c</sup> Vers. 22 plane ac in Cypriani Test. lib. ii, et auctore de Judaica incred. ad Vigilium. Vers. 23 parum differt a Cypriano.

<sup>d</sup> Parum differt a Cypriano.

<sup>e</sup> Cypr. l. i. addit verba *manifeste nimis.*

<sup>f</sup> Eadem fere refert Cyprianus lib. ii Testim.

<sup>g</sup> Pauculis exceptis, ut Cyprianus.

<sup>h</sup> De religionis christianæ primis sæculis per totum fere terrarum orbem propagatione multa existant apud veteres scriptores ecclesiasticos testimonia, ex quibus, omni rhetoricatione dempta, eam limites imperii Romani excessisse patet. Sed hæc, cum hujus loci haud sint, missa facimus. Cf. Elmenhorst. in Arnob. i, c. 55, p. 55. Moshemium de rebus christianorum ante Constantinum M. p. 203, 448 seq.

<sup>i</sup> De Romano imprimis loquitur imperio. Nec ita debilitatam fuisse idololatriam Firmici tempore, subsequentis ætatis historia abunde comprobatur. Nam etsi Constantinus M. multa jam templa et idola destruxerat; non nisi sub Theodosio ejusque filii deorum cultus prostratus fuit. Reliquæ tamen ipso adhuc sexto sæculo, Justiniano imperante, et diutius manserunt.

<sup>j</sup> Redit ad Mithriacam religionem, quæ cum Solis cultu conjuncta, in Occidente omnem fere reliquum Ethnicismum absorpserat.

homini immortalitate consociat; aut legem promul-  
gat, aut contra peccantes testimonium perhibet;  
aut (quod est potius) imaginem diaboli <sup>a</sup> percutit,  
ut, superato eo atque prostrato, et in cinerem fa-  
villasque converso, erecto sublimitatis suæ vertice,  
porum dominationis imperium habeat. Vos nunc,  
Constanti et Constans, sacratissimi imperatores, et  
venerandæ fidei vestræ imploranda virtus est, quæ  
supra homines erigitur, et a terrena fragilitate se-  
paratur, cœlestiumque se rerum societate conjungit,  
quæ in omnibus actibus suis, prout potest, Dei  
summi sequitur voluntatem. Modicum tantum su-  
perest <sup>b</sup>, ut legibus vestris funditus prostratus dia-  
bolus jaceat, ut extinctæ idololatriæ pereat funesta  
contagio. Veneni hujus virus evanuit, et per dies  
singulos substantia profanæ cupiditatis exspirat. **B**  
Erigite vexillum fidei, vobis hoc Divinitas reservavit,  
ejus favore eminentes prostratores estis omnium  
hostium vestrorum; quorum opera Romanum infir-  
mabatur <sup>c</sup> imperium. Signum venerandæ legis eri-  
gite, sancite, promulgate quod prosit; sit faustum  
felixque Reipublicæ, quod tot acervis cæsorum  
hostium prostravistis exercitum. Felices vos quoque  
gloriæ ac voluntatis suæ Deus fecit esse participes,  
idololatriæ exidium et profanarum ædium ruinas  
propitius Christus populo vestris manibus reserva-  
vit. Ille spiritualibus armis malos spiritus, vos mala  
terrena vicistis. Erigite tropæa victoriæ <sup>d</sup>, et pro-  
feratur ingens titulus triumphorum: profanarum re-  
rum strage gaudentes, exsultate fortius, exsul-  
tate fidenter. Felicitas vestra cum Dei virtute con-  
jungitur, pro salute hominum Christo pugnante  
vicistis.

<sup>a</sup> Idola omnemque idololatriæ apparatus.

<sup>b</sup> Sic legendum, et non *talium*, ut in ed. principe.  
Excitat principes ad penitus destruendum idolorum  
cultum. Sic quoque c. 30.

<sup>c</sup> Woverus sic correxit lectionem ed. principis  
*firmabatur*.

<sup>d</sup> H. e. signa crucis. Cf. c. 29; Epist. Barnabæ  
c. 9; Justini Martyr. Apol. 1, p. 82; Dial. c. Tryph.,  
p. 325, 356.

<sup>e</sup> Emenda 'Ελεξόκρωτος, διμορφοί, vel potius ἡλι  
δικρωτος διμορφοί. Symbolum Orgiorum Bacchi sive  
Solis. Idem enim utriusque nomen, ut multis docet  
Macrobius Saturnalium lib. 1, c. 18. Bacchus autem  
καυρόμορφος, ταυρόκερωτος et διμορφος cultus ab antiquis.  
Schofiast. Nicandri Alexiph. adv. 31. Orpheus in  
Hymno 29 :

Κυλάσκου Διόνυσον, τριβρόχον ἀσαστήρα,  
ἄγχιον, ἄβητον, κρήσιον, διαίρετα, διμορφον,  
κισσόθρονον, ταυρόκεν. . . . . Wow.

Bacchum a Græcis appellatum fuisse βουγενῆ tradit  
quoque Plutarchus de Iside et Osiride c. 35, et  
Quæstion. Græc. c. 36; et Bacchos eodem modo  
describit Nonnus Dionys. xxi, vers. 217 :

. . . . . ἐπὶ διβροχίον μορφή  
ἔστι νόθος ταυροί τε καὶ ἀνέρας ἀμφοτέρων γένε  
καὶ βόει εἶδος ἔχουσι καὶ ἀδρόμοιο προσέπει.

Cf. ad omnia hæc Creuzer Dionysum 1, p. 267, et  
Bottigeri *Ideen zur Kunstmythologie* 1, pag. 323,  
not. 14.

<sup>f</sup> Scorpiones in religione Persarum bestias noci-  
vas habitas fuisse patet ex anaglyphis Mithriacis,  
ubi scorpion genitalibus tauri sacri inhæret. Occur-

## CAPUT XXII.

4. In Bacchico: 'Ελεξόκρωτος διμορφοί; *rectius*, 'Ελεξόκρω-  
τος διμορφοί: quod de diabolo dracone intelligit,  
cujus cornua ad crucem Christi trahit.

Omnia symbola profanæ religionis per ordinem  
suggerantur, ut probemus nequissimum hostem ge-  
neris humani de sanctis hæc venerandisque prophe-  
tarum oraculis ad contaminata furoris sui scelera  
transtulisse. Invenimus enim et ita dici: ἑλεξόκρωτος  
διμορφοί <sup>e</sup>. Deus iste vester non biformis est, sed  
multiformis. In multas enim species veteratoris  
forma mutatur. Ipse est basiliscus et scorpio <sup>f</sup>, qui  
fidelium securis vestigiis premitur <sup>g</sup> (*Luc. x, 19*):  
ipse malitiosus anguis, cujus caput quærit decepta  
mortalitas: ipse tortuosus draco <sup>h</sup>, qui hamo duci-  
tur, qui captivus includitur: iste deus vester Lernæi  
anguis crinibus adornatur <sup>i</sup>, videns ut percusso do-  
mino morientium anguium turba succedat. Quid sic  
renascentibus hydri pullulas? quid te fecunda sce-  
lerum sobole componis? mortis tuæ viam didicimus,  
scimus quibus remediis artis tuæ venena vincantur.  
Christi immortalem sanguinem bibimus, nostro san-  
guini Christi sanguis adjunctus est. Hoc est salutare  
remedium scelerum tuorum, quod a dei plebe mor-  
tiferum virus excludit. Quis deum istum, quem plan-  
gunt, cum cornibus vidit? quæ sunt ista cornua, quæ  
habere se jactat? Alia sunt cornua, quæ propheta  
sancto Spiritu annuente commemorat <sup>j</sup>, quæ tu,  
diabole, ad maculatam faciem tuam putas te posse  
transferre. Unde tibi ornamenta quæris et gloriam?  
Cornua nihil aliud nisi venerandum signum crucis  
monstrant <sup>k</sup>. Hujus signi uno extenso ac directo  
cornu mundus sustentatur, terra constringitur. Et e

runt quoque in monumentis religionis Babylonica.  
In novo Testamento *Luc. x, 19*, ὄφεις καὶ σκόρπιοι,  
ut adversarii religionis christianæ sistuntur. Vide  
Kuinoel ad h. l. In Apocalyps. ix. 3, 5, 10, exitiales  
locustæ scorpionibus comparantur, iisque adeo si-  
miles describuntur. CREUZER. 1, 722.

<sup>e</sup> Respicit haud dubie protevangelium Genes. iii, 15.

<sup>h</sup> *Leviathan* (*Job. xl, 20*). In Antehieronymiana  
legitur enim: *Adduces autem draconem in hamo, po-  
nes capistrum circa nares ejus*. Hieronymiana habet  
*Leviathan*.

<sup>i</sup> Ubi Bacchus vel Mithras anguinis crinibus adorna-  
tus sit, me ignorare fateor. Fabulam de hydra  
Lernæa narrat Apollodorus, ii, c. 5.

<sup>j</sup> Respicit, ut e sequentibus patet, Habac. iii, 4.

<sup>k</sup> Augustinus, de C. D. xviii, c. 32: *Cornua in  
manibus ejus sunt* (*Habac. iii, 4*): *quid est, nisi tro-  
pæum crucis?* Cornu vero imprimis monocerotis de  
cruce intelligebatur. In Dial. c. Tryphone ed. Jebb.  
p. 275. Justinus M. nulli alii rei quam signo crucis  
comparari posse statuit; idemque monocerotis cornu  
in omnibus cornibus solum esse crucis signum asse-  
rit ib. p. 310. Tertull. adv. Marcionem iii, Christum  
illo cornu indicari ait, cum stipes crucis sit unicor-  
nis. Alii vero cornu hoc de sedili, ἐπ' ᾧ ἐποχοῦνται  
(ut ait Justin. M. Dial. c. Tryph. p. 276) οἱ σταυροῦ-  
μενοι, interpretati sunt: Irenæus enim adv. Hære-  
ses ii, 42 (in Massueti edit. c. 24), de quinque crucis  
cornibus loquitur, et unum in medio, in quo re-  
quiescit qui cruci affigitur. Tertull. adv. Judæos c.  
10. Unicornis autem medio stipite palus. Cf. Henrici  
Kippingii de Cruce et Cruciaris (*Brevæ, 1871*),  
Exercitat. 19, p. 151.

duorum <sup>a</sup>, quæ per latus vadunt, compagine oriens tangitur, occidens sublevatur, ut sic totus orbis tripartita stabilitate firmatus confixi operis, immortalitatis radices fundamenta teneantur: hoc secretum nobis venerandum prophetæ oraculum tradidit. Invenimus enim in Habacuc ita esse perscriptum: *Textit cælos virtus ejus, et laude ejus plena est terra. Et splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus erunt. Et illic constabilita est virtus gloriae ejus, et constituat dilectionem suam. Ibit verbum, et præcedet secundum gressus suos* <sup>b</sup> (Habac. III, 3-5). En veneranda Crucis cornua, en sanctæ virtutis immortale fastigium, en gloriosi operis divina compago. Tu, Christe, mundum ac terram extensis manibus, tu cæleste sustentas imperium; tuis immortalibus adhæret humeris salus nostra; tu, Domine, æternæ vitæ bajulas signum, tu venerando instinctu hoc nobis denuntias per prophetas. Ait enim Esaias: *Ecce natus est nobis filius, imperium super humeros ejus, et vocatum est nomen ejus magnæ cogitationis nuntius* <sup>c</sup> (Esai. IX, 6). Hæc sunt Crucis cornua, quibus omnia et sublevantur pariter et continentur. His cornibus bene hominum nititur vita. Ut Analech vinceretur, extensis manibus Moyses hæc imitatus est cornua (Exod. XVII, 12); ut facilius impetraret, quod magno opere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. Ad hæc cornua festina celeritate properate <sup>d</sup>, ad hæc cornua humili veneratione confugite. His vos affligant cornibus, justitia, æquitas, pudicitia, misericordia, patientia, fides: ut veneranda præferentes insignia, consecrati fontis majestate gaudentes, et sepulturæ Christi participes sitis et vitæ.

### CAPUT XXIII.

5. In Isiacis, de redivivo Osiride: *Θαρρῆτε, μύσται*:

<sup>a</sup> Sic intelligo: *Et e duorum quæ per latus vadunt: nimirum antennarum crucis, e quibus Christus pependit; compagine oriens tangitur, occidens sublevatur: orientem nimirum et occidentem spectabant; ut sic totus orbis, tripartita stabilitate: stipitis et duarum antennarum; firmatus confixi operis: crucis in terram delixæ; immortalitatis radices fundamenta: crux dicitur radix immortalitatis; teneantur: rectius vero, teneant, id quod sensus postulare videtur.*

<sup>b</sup> Plerumque concinit cum Cypr. Testim. II.

<sup>c</sup> Locus memoriter et breviuscule citatus, in ultimis verbis *magnæ cogitationis nuntius*; conspirat c. Cypriano I. I. Vocem *cogitationis* hi duo soli sunt qui habeant.

<sup>d</sup> Nescio unde hoc Firmicus hauserit. De virga quidem Mosis miraculosa multa fabulantur Thalmudistæ. Hanc Deus Sabbathi vespere creasse et Adamo credidisse traditur, a quo ad Henochum, Noam et Josephum transierit. Post hujus mortem in palatium Pharaonis delatam clam abstulisse Jethronem et in horto suo plantasse; Mosis autem, cum nomen Dei שמדבש, illi inscriptum legere potuisset, denique cessisse. Hoc narratur in libro Midrasch Vajoschah. Cum Firmicus de virga unice loquatur, cogitari hand potest de ligno, in quo serpens æneus in deserto suspensus erat, Numer. XXI, 8, 9, cui ab antiquo inde tempore, ut typo Christi (Joan. III., 14), crucis forma afflicta est. Cf. *Ursprung, Natur und Fortp-*

*ubi occasione unguenti quo fauces mystarum deliniebantur, de venenato unguento diaboli loquitur.*

Aliud etiam symbolum proponamus <sup>e</sup>, ut conamine cogitationis scelera revelentur; cujus totus ordo dicendus est, ut apud omnes constet, diviæ dispositionis legem perversa diaboli esse imitatione corruptam. Nocte quadam simulacrum in lectica spinum ponitur, et per numeros digestis fletibus plangitur. Deinde cum se ficta lamentatione satiaverint, lumen infertur. Tunc a sacerdote omnium, qui flebant, fauces unguentur; quibus perunctis, sacerdos hoc lento murmure susurrat:

*Θαρρῆτε, μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου,  
Ἔσται γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία.*

Quid miseros hortaris ut gaudeant? quid deceptos homines lætari compellis? quam illis spem, quam salutem funesta persuasionem promittis? quid illos falsa pollicitatione sollicitas? Dei tui mors nota est, vita non comparet, nec de resurrectione ejus divinum aliquando respondit oraculum <sup>f</sup>, nec hominibus se post mortem, ut sibi crederetur, ostendit, nulla hujus operis documenta promisit, nec se hoc facturum esse præcedentibus monstravit exemplis <sup>g</sup>. Idolum sepelis, idolum plangis, idolum de sepultura profers, et miser, cum hæc feceris, gaudes. Tu deum tuum liberas, tu jacentia lapidis membra componis, tu insensibile corrigis saxum. Tibi habeat gratias deus tuus, te paribus remuneret donis, et sui velit esse participem; sic moriaris ut moritur, sic vivas ut vivit. Nam quod unguento perunguntur fauces, quis non facinus istud despecta vanitate contemnat? Habet ergo diabolus Christos suos <sup>h</sup>, et quia ipse Antichristus est, ad infamiam nominis sui miseros homines scelerata societate perducit. Unguentum hoc

*flanzung einer heiligen Wissenschaft, Schrift und Sprache unter den Stammvatern des Menschengeschlechts, oder Erklärung dunkler Fabeln und Traditionen von Adam, Seth u. s. w. (Bresl., 1786), p. 136.*

<sup>e</sup> Scenicam hanc representationem, qua mortuus lugebatur, carminibusque (*per numeros digestis fletibus*) in tenebris plangebatur, donec accensis luminibus fletus in gaudia mutaretur, in omnibus fere Mysteriis varia forma reperimus. Mortuum enim et in vitam reducem Osiridem atque Adonidem; mortuum, nescio an in vitam revocalum, Cabirum; amissam atque denuo inventam Proserpinam in iis lugebant, lætique salutabant. Neque dubium quin in Mithriacis similes ritus celebrati fuerint. *Dei tui mors nota est*, in sequentibus habet Firmicus. Ad hoc igitur, quod Firmici ætate notissimum erat Epiphonema, cujus, quod sciam, solus mentionem facit, referendum puto illud, *Θαρρῆτε, μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου*, quo ex dei sui, e magnis periculis erepti, salute sibi invicem quoque laborum ærumnarumque finem augurantur.

<sup>f</sup> Ut de resurrectione Christi.

<sup>g</sup> Filiæ Jairi, juvenis Nainitici, Lázari.

<sup>h</sup> In fronte etiam ungebantur sacrorum Mithriacorum mystæ. *Mithras signat in fronte mystas suos*, ait Tertull. de præscript. Hæreticor. c. 40. Zoegæ Abhandl. p. 178, *Christos suos*, allusio ad etymon Græcum *χριστῶν*.

reserva morituris, <sup>a</sup> ut quos laqueis tuis ceperis, eos venenato unguento oblitos lugubri ac funesto semper mergas exitio.

## CAPUT XXIV.

*De unguento loquitur quod Pater Filio tradidit, Filiusque credentibus largitur.*

Aliud est unguentum, quod Deus Pater unico tradidit Filio, quod Filius credentibus divina nominis sui majestate largitur. Christi unguentum immortalis compositione conficitur, et spiritalibus pigmentorum odoribus temperatur. Hoc unguentum a mortalibus laqueis putres hominum artus exuit, ut, sepulto primo homine, ex eodem statim homine homo alius feliciter nascatur. Et ut hoc manifestius explicetur, sacrarum lectionum arcana pandenda sunt. Ait enim David, ut hujus unguenti gratiam traderet: *Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit tibi in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum, potentissime, specie et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ acutæ potentissimæ, populi infra te decident in corde inimicorum regis. Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga recta est virga regni tui. Dilexisti justitiam, odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ prae consortibus tuis. Myrrha et gutta et casia a vestimenta tuis de ædificiis eburneis, ex quibus te jucunditate affecerunt* <sup>b</sup> (Psal., XLV, 3-10). Immortalis unguenti secreta pervidimus, et divinæ nobis dispositionis ordo monstratus est. Regnum perpetuum, et cœli diadema domino nostro cum unguenti majestate collatum est. Quis autem hic sit qui regendi orbis accepit potestatem, qui venerandi nominis majestate decoratur, aliud nobis monstrat oraculum; ait enim

<sup>a</sup> Hom. Iliad. II 680: *Apollo mortui Sarpedonis corpus ambrosia unxit.* Plin. H. N. XIII, 1: *Unguentum honos et ad defunctos pertinere cepit.* Minuc. Felix. c. 12. *Reservatis unguenta funeribus.*

<sup>b</sup> In his sacri textus verbis a Cypriano aliisque varie discrepat. Vide Sabaterium, quod ad veteris ecclesiæ sententiæ attinet. De externa Christi, dum his in terris versabatur adis forma, quæ nuper hac de re disputavi in libro: *Sinnbilder und Kunstvorstellungen der alten Christen*, II, p. 1 seq.

<sup>c</sup> Initio differt a reliquis, cum Augustino in ps. I habens ut quid.

<sup>d</sup> Malim recensita: melius, si sic distinxeris, omnia cohærebunt. Agit nimirum de descensu Christi ad inferos I Petri III, 19, *Iustorum turba.* Tertullianus de Anima c. 7: *Quid est autem illud, quod ad inferna transfertur (anima) post divortium corporis? quod detinetur? quod in diem judicii reservatur? ad quod et Christus moriens descendit? puto ad animas patriarcharum, si nihil anima sub terris? Et c. 55: Nec ante ascendit in sublimiora caelorum, quam descendit in inferiora terrarum, ut illic patriarchas et prophetas compotes sui faceret.* Justinus Martyr., Dial. c. Tryphone, p. 220. Jebb. citat Jeremiæ locum deperditum: ἐμνήσθη δὲ ἔσχατος ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἰσραὴλ τῶν κειομένων ἐπὶ γῆς χλωματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς εὐαγγελισασθαι αὐτοὺς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Eundem habet Iren. adv. Hæres. III, 20, 22; IV, c. 33. v. 31. Massuet. Clem. Alex. Strom. VI, 6, p. 762. Evangelium Nicodemi c. 24. seq. Multique alii quos recensitos invenies a Dittelmayero in Historia dogmatis

PATROL. XII.

is idem David: *Ut quid fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus* <sup>c</sup> (Psal. II, 1, 2). Quid te sic extollis sacrilega persuasio? quid miseros homines effrenata temeritate circumvenis? unguentum Christi cœli donat imperium, unguentum vestrum gehennæ suscitatur flammam.

## CAPUT XXV.

*Excursu facto de misero hocce profanorum hominum errore graviter monet, et regnum Christo datum hac unctione indicari docet, multis Scripturarum allatis locis; simul descensum Christum ad inferos tangit.*

Sed quod impuro ore sacerdos iste et polluta verborum contaminatione componit, libet diligenti inquisitione discutere. Liberato Deo suo, bonum animum gerere socios, fiduciam bonæ spei habere persuadet. O quam miseris, quam luctuosus se laqueis involuit caduca calliditas! Quis Deum tuum liberat? cui hoc præstitit, quod laborat? Disce, disce quod nescis, disce quod non vides. Christus filius Dei, ut humanum genus a mortis laqueis liberaret, omnia ista sustinuit, ut captivitatis duræ jugum tolleret, ut hominem patri redderet, ut mitigata offensa hominem cum Deo prospera conciliatione componeret, ut promissæ resurrectionis fructum proprio monstraret exemplo, fecit Filius Dei quod ante promiserat, clausit januas sedis infernæ, et duræ legis necessitatem calcata morte prostravit. Per triduum recens ita ab eo justorum turba collecta est <sup>d</sup> ne diutius contra eos mortis dominaretur improbitas, ne justorum meritum ex longa desperatione <sup>e</sup> cecideret, fregit claustra perpetua, et ferreæ fores, Christo jubente, collapsæ sunt <sup>f</sup>: ecce terra contre-

de descensu Christi ad inferos, et Potii Excursu 5 ad I Petri III, 19, de desc. J. C. ad inferos. Iis vero se adjungit Firmicus, qui negabant Christum omnes ex inferno eduxisse incredulos ad meliorem mentem revocatos (Aug. de hæres. c. 79; Philastrius, hæres. 121) statuebantque, non nisi credentes, qui ex hac vita spe futuri Messicæ discesserint, a Christo exinde liberatos esse. Sic quoque inter Latinos Casiodorus in ps. XLVIII; Gregorius M. Epist. lib. V, ep. 13. Apud Lactantium et Arnobium hujus dogmatis nulla fit mentio. Ex litibus illud Apollinaristicis de humana Jesu Christi anima insigne accepit momentum. Ad illa quoque tempora referenda videtur altera pars Evangelii Nicodemi, hunc Jesu Christi ad inferos descensum uberrime narrans. Unicum tantum, quod sciam, existat monumentum ecclesiasticum ex media ætate, in quo descensus Christi ad inferos spectandus proponitur. Est vero hoc Bulla plumbea Alberti patriarchæ Hierosolymitani (1204-1214) in cujus aversa Christus animam solutis vinculis ex inferis reducit, comitante et plaudente altera; adstant duæ figuræ coronatæ, regis puto et reginæ Hierosolymorum. Epigraphe est Ἡ ΑΝΑΚΤΑΚΙΣ. In aversa legitur: † ALBERTVS IEROSOLIMITANVS PATRIARCHA. Edidi hanc Bullam in Commentat. altera de numis Francorum in Oriente, Actis Soc. R. Scientiarum Danicæ Ann. 1824 inserta.

<sup>e</sup> Quod J. C. adventum frustra expectassent.

<sup>f</sup> Oratio a Thaddæo Edessæ habita ap. Euseb. H. E. I, c. 13... καὶ πῶς (ὁ Χριστὸς) ἐσκαυρίσθη, καὶ κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ διεσχησε φραγμῶν τῶν



muit, et, fundamentorum suorum stabilitate concussa, praesentis Christi numen agnovit. Ante praefinitum tempus praecipit diem mundi rotata vertigo; et sol non completo diurnarum horarum spatio properato cursu vergit in noctem (*Luc. xxiii, 44*). Ecce veli fastigia summa finduntur, et obscurioribus tenebris orbem terrarum caligo noctis abscondit (*Math. xvii, 51*). Omnia elementa, Christo pugnantie, turbata sunt, tunc scilicet cum primum contra mortis tyrannidem humanum corpus armavit. Per triduum ista conflictatione pugnatum est, quamdiu mors superatis malitiae suae viribus frangeretur. Quid solita impatientia, homo religiose, homo Christi, desperas et defleis. Tridui moram non fers, sollicitudinem ac desperationem tuam novis precibus confiteris? Hoc te facturum esse illo die Spiritus sanctus veneranda voce significat, cum per David dicit: *Aestimati sumus sicut oves occisionis. Exsurge, quare obdormis, Domine? exsurge et ne disperdas usque in finem. Quare faciem tuam avertis? obliuisceris inopiam nostram et tribulationem: quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, haesit in terra venter noster. Exsurge, Domine, opens fer nobis, et libera nos propter nomen tuum* <sup>a</sup> (*Psal. xliii, 22-26*). Ecce post triduum lucidior solito dies oritur, et reddita soli praeteriti luminis gratia. Omnipotens Deus Christus splendidioribus solis radiis adoratur. Exsultat salutare numen, et triumphales currus ejus justorum ac sanctorum turba comitatur. Tunc elato gaudio clamat elata mortalitas: *Ubi est, mors, aculeus tuus (I Cor. xv, 56)?* Tunc praecurrens salutare numen aperiri sibi caelestes januas praecipit. Aperite, aperite, et immortalia claustra convellite. Christus Deus, calcata morte, ad caelum hominem quem suscepit <sup>b</sup> revocat. Hoc a venerando propheta sancta voce praecanitur, et ex ore prophetico vox jubentis auditur; ait enim Spiritus sanctus, ut nobis potentiam Christi jubentis ostenderet: *Tollite portas, principes, vestras, et extollite, portae aeternales, et introibit rex gloriae* <sup>c</sup> (*Psal. xxiv, 7*). Hoc angelis nescientibus imperatur; neque enim scire potuerunt,

ἀπ' αἰῶνος μὴ σχισθέντα. etc. Evang. Nicodemi, c. 21: *Hæc autem audientes omnes Sancti ab Esaiâ, dixerunt ad principem inferorum, Aperi nunc portas tuas et vectes ferreos submove, quoniam vincetus eris et nullius potentiae.* Euseb. Dem. Evang. iv, 12: *Τὰς δὲ ἐξ αἰῶνος πύλας τῶν σκοτίων μυχῶν διαδρόμους.* Athanas. in passione et cruce Domini: *Εἶτα ἐκλήθη ὁ ἄθλιος ἀπὸ τοῦ ἁδου, καθήμενος παρὰ τὰς πύλας θεωρεῖ ἐξαγόμενους πάντας τοὺς πεπεδημένους, τῆ τοῦ Σωτῆρος ἀνδρείᾳ.* Proclus hom. in Dominic. passionem: *Σήμερον πύλας χαλκᾶς συνέτριψε καὶ μαχλοῦς οὐδερῶς συνέθλασεν ὁ καταποθεὶς ὡς, ψιλοῦς μικροῦς, καὶ πικροπολύτας ὡς Θεοῦ λόγος.*

<sup>a</sup> Parum differt a textu Sabateriano.

<sup>b</sup> Tertull. adv. Praxeam c. 16: *Suscepturus (Filius Dei) etiam ipsas substantias hominum, carnem et animam. Sed assumere quoque usurpat a Firmico c. 26. Sic etiam Novatianus de Trinitate, c. 19: Legitimus Dei Filius sanctum illud ex Maria natum assumit; et Hilarius de Trinitate lib. x, c. 15: Si tantum ex Virgine assumpsisset corpus, assumpsisset quoque animum ex eadem; et lib. xi, c. 15: Servi formam assumpsit. Et induere Tertull. adv. Praxeam, c. 27: Quando Sermo caro factus est.... an indutus*

A quando verbum Dei descendit ad terram; ideo et ipsi sollicita interrogatione respondent: *Quis est iste rex gloriae* <sup>d</sup> (*Ibid. 8*)? Quibus quaerentibus perspicua Christus numinis sui majestate respondit: *Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio* <sup>e</sup>. Cognoscitur statim a custodibus caeli Filius Dei, et quidquid illos ante sefellit, agnoscunt. Vident prostrati hostis exuvias, et recordati primae dispositionis ordinem, etiam ipsi cum ascendentibus iterata pariter voce conclamant: *Tollite portas qui praestis illis* <sup>f</sup> (*Ibid. 9*), *et extollite vos, portae aeternae, et introibit rex gloriae.* Reverso Filio promissa Pater regni scepra restituit, et sellam regni aequa potestate concedit, ut imperet, ut regnet, ut teneat <sup>g</sup>, ut perpetua numinis sui majestate dominetur. Audi quid de illo Daniele Spiritus sanctus jusserit dicere: *Videbam in visu nocte, et ecce in nubibus caeli quasi Filius hominis veniens, venit usque ad veterem diem, et stetit in conspectu ejus, et qui assistebant obtulerunt eum. Et data est ei potestas regia, et omnes reges terrae et regnum et omnis claritas servivit ei. Et potestas ejus aeterna, quae non auferitur, et regnum ejus non corrumpetur* <sup>h</sup> (*Dan. vii, 13, 14*). Haec eadem nobis sancta revelatione monstrantur; invenimus enim in Apocalypsi ita esse perscriptum: *Et conversus reperi, ut viderem vocem, quae mecum loquebatur; et vidi septem candelabra aurea, et in medio candelabrorum similem Filio hominis vestitum podere* <sup>i</sup>, *et erat praecinctus supra mammam zona aurea. Caput autem ejus et capilli erant albi, velut lana alba ut nix, oculi ejus ut flamma ignis, et pedes ejus similes aurichalco, sicut de fornace ignea, et vox ejus, ut sonus aquarum multarum: et habebat in dextera sua septem stellas, et ex ore ejus gladius ex utroque acutus; et facies ejus splendebat, ut sol in virtute sua. Et cum vidissem, cecidi ad pedes ejus tanquam mortuus. Et imposuit dexteram suam super me dicens: Noli timere, ego sum primus et novissimus, et vivus, qui fueram mortuus; et ecce sum vivens in saecula saeculorum, et habeo claves mortis et inferorum* <sup>j</sup> (*Apoc. i, 12-18*). Post resurrectionem etiam, cum discipulis suis daret

D *carnem? Immo indutus; et de Carne Christi cap. 11: ... Carnem Spiritu sancto cooperante induitur.*

<sup>e</sup> Alii, *principis vestri. Ves tras habent Tertull. adv. Gnosticos, Cassiodorus, Cypr. Test. lib. ii.*

<sup>d</sup> Cypr. Test. lib. ii, *rex claritatis.*

<sup>e</sup> Ut textus Sabat. Eadem psalmi verba habet Evangelium Nicodemi in narratione de descensu Christi ad inferos c. 21.

<sup>f</sup> Hoc, qui praesens illis, solus Firmicus habet.

<sup>g</sup> Alterutrum superfluum videtur; fortasse melius: ut imperet, ut regnum teneat. Vow.

<sup>h</sup> Justinus M. in Dialogo p. 87, ab Hebraico aequae ac Graeco τῶν Ὁ textu recedens, Tertullianum c. Jud. c. 14, Cyprianum atque Firmicum, secum traxit. Vers. 15, ut ap. Cypr. Testim. ii, qui tamen habet *et qui assistebant ei.* Vers. 14 parum differt, habet enim *per genus, et omnis claritas serviet ei.*

<sup>i</sup> Ἐνδεδυμένον ποδήρη. Poderis, tunica corpori adstricta usque ad pedes descendens juxta Isidorum XIX, 21, legitur ap. Tertull. adv. Judaeos c. 11, ex versione Antehieronym. Ezechielis IX, 2.

<sup>j</sup> Minuisti exceptis, consentit Firmicus cum textu Sabateriano et cum Cypr. Testim. II.

certa mandata, immortalium mandatorum ordinem A ista lege conclusit : *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Ite ergo et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos observare omnia, quaecumque praecepi vobis* (Matth. xviii, 18, 19). Quod autem Deus Pater, participem cum regni faciens, regalis sellae ei concesserit sedes, hoc docetur oraculo : *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion, dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuae, in claritate sanctorum, et ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, nec poenitebit eum* (Psal. cix, 4, 4). Illi sunt inimici Dei, sacratissimi imperatores, qui veritatis ordinem contraria lege conturbant, qui perversae cupiditatis instinctu sacrilega vota concipiunt, qui profanae mentis furore aut lignum semper venerantur aut lapidem. In isto loco positi ordinem debemus sanctae dispositionis aperire : ut quidquid nobis investigantibus sanctum Dei verbum prophetica tradidit disciplina, ad refutandas profani erroris maculas specialiter explicetur, ne...<sup>b</sup> sicut nos diximus, commentii sunt<sup>c</sup>, qui sacrilegia errantibus tradiderunt. Sic a nobis ordo veritatis curiosius requiratur. Suspensis itaque paululum ceteris, ad haec<sup>d</sup> explicanda, quae vera sunt, transferatur oratio.

## CAPUT XXVI.

*Breviter Ecclesiae de Christo cum Adamo comparato dogma exponit; quidquid Adamus perdidisset, eum, C et Maria Virgine natum, invenisse. Redit in viam.*

Vos, domini imperatores, sanctarum aurium vestrarum mihi commodate patientiam<sup>e</sup>, ut totum clementiae vestrae, quod promittimus, explicemus. Cur Deus, id est, Filius Dei, homo passus est fieri, brevi ac vera pietati vestrae ratione monstrabitur. Cum hominem primum, id est, Adam, ad imaginem suam Deus faceret (Gen. ii, 27), certam illi mandatorum dedit legem. Is per feminam, id est, Evam deceptus, diaboli persuasionibus, promissae sibi gloriae perdidit dignitatem. Lignum erat in paradiso<sup>f</sup>, quo promissorum a Deo praemiorum perdidit gratiam. De virginis terrae limo homo factus est : nondum enim, ut ait Scriptura, supra terram pluerat. Illic contemptis mandatis Dei, humanum genus mortalitatis laqueis afflixit. Oportebat hoc totum et reformari et corrigi, et reformatio originis debuit reformare primordia.

<sup>a</sup> Plerumque concinit cum Cypriano Testim. lib. ii, D excepto Vers. 3, ubi hic habet lectionem Sabatariam : *in splendoribus sanctorum.*

<sup>b</sup> Excidere paucula.

<sup>c</sup> Lege commentii sunt. Commentior pro mentior occurrit apud Apuleium Apol. p. 514. Lignum a me toto oppido questum non piguit vos commentiri.

<sup>d</sup> In editionibus legitur adhuc.

<sup>e</sup> Lactant. i, 4, *audiendi patientiam commodare; et apud Arnobium, commodare aures*, i, 6, iv, 33, vii, 33, *commodare assensum*, i, 54, vii, 25. — *Sanctarum.* Sacratissimi quoque ab illius aetatis scriptoribus vocantur imperatores.

<sup>f</sup> Arbor scientiae. Genes. iii, 3.

Ex virginis terrae limo factus Adam praevicatione propria promissam perdidit vitam. Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum Christus natus, et immortalitatem accepit et regnum. Arbor ligni pestiferum deceptis pabulum praebuit : lignum crucis vitam immortalis compage restituit. Contempsit Adam, obedivit Deo Christus. Sic divina dispositione quidquid Adam perdidit Christus invenit. Nam post multa tempora novissimis temporum spatiis (id est, novissima pene saeculorum hebdomade) Verbum Dei humano se miscuit corpori<sup>h</sup>, ut hominem liberaret, ut mortem vinceret, ut fragilitatem humani corporis cum divina immortalitate conjungeret. Quid enim faceret tanta turba sanctorum? quae illis spes salutis? quod meritum praemium, si sub una eademque conditione sortis ineluctabilibus mortalitatis laqueis etiam ipsa obligata teneretur? Nihil Abel, nihil Enoch, nihil Noe, nihil Sem, nihil Abraham, nihil Isaac, nihil Jacob de Dei sibi misericordia ac maiestate promitterent : irent etiam ipsi post tantum fidei meritum cum ceteris omnibus pariter addictis, et omnes Dei sanctos unum mortis exitium exciperet, nec haberet apud Deum praemium pietas, si una eademque omnes conditio mortis hauriret. Sed Deus Abrahamae clarius a caeli sideribus promiserat regnum: ideo ex genere Abrahamae descendens Maria virgo Deum concipit, ut supradictorum hominum soboles immortalis societatis vinculo jungeretur, et sic humanum genus per hominem pariter et Deum aequata societatis comparatione conjunctum, ad immortalitatis imperium obedientiae merito perveniret. Quia itaque, sacratissimi imperatores, curiosis auribus satisfacimus, reliqua prosequamur, ut vel sic pollutarum aulum sordes purificans possit sermo purgare.

## CAPUT XXVII.

*Ultimum Mithriacorum initiorum symbolum, Ταύρος δράκοντος, και δρακων ταύρου πατήρ, exponit. Serpentinae meminit, Protoplastorum seductoris, funestique eius cultus, draconemque eo die percussum esse, quo Christus apparuerit.*

Sequitur adhuc aliud symbolum<sup>i</sup>, quod pro magno miserorum hominum credulis auribus traditur: Ταύρος δράκοντος, και δρακων ταύρου πατήρ<sup>i</sup>. Aliquando nobis signa, diabole, maculati nominis prodidisti, aliquando infame nomen propria voce confessus es. Scio qui fueris, quid ausus sis, scio quid fecerit scelerum tuorum malitiosa persuasio. Hoc erat, quod Evae, cum eam perderes, magnopere

<sup>h</sup> Mortem.

<sup>i</sup> Arnob. i, 60 : *Assumpsit igitur hominis formam, et sub nostri generis similitudine potentiam suam clausit, ut videri posset et conspici, verba faceret et doceret, atque omnes exaequeretur res, propter quas in mundum venerat faciendas, summi regis imperio et dispositionis servatis.* Lactant. iv, 40 et 42; Augustinus de C. D. x, 29; aliique ap. Elmenhorst. observat. In Arnobium p. 56. Confer. quoque c. 25.

<sup>j</sup> Ex mysteriis Sabazii.

<sup>k</sup> Clem. Alex. Protrept. c. 2, p. 15 : *ἡσὶ τις ποικίτης εἰδωλικός, ταύρος πατήρ δράκοντος και πατήρ ταύρου δράκων.* Arnob. v, 21. *Auctorem aliquis desiderabit rei, tum illum citabimus Tarentinum notumque*

pollicebaris, cum ei diceres: *Eritis quasi Dii* A (Gen. iii, 5). Tunc parabas tibi ac tuis templa, et delubra faciebas, et venenati oris illuviem nefariis ceremoniis consecrabas. Serpis in templis, et occisarium hostiarum misero pasceres sanguine. Nec venenis tuis cruor defuit, nec semiustæ<sup>a</sup> crematorum corporum partes, humanarum te etiam victimarum frequenter sanguine cruentasti. Et satiaris<sup>b</sup> templi cruore, vel ara Carthaginis<sup>c</sup> rabies tua et siccarum faucium venena nutrita sunt. Tu hæc faciens hominibus te miseris prodesse jactas, ut crudelitate tua perimas, persuasione decipias, pollicitatione proster- nas. Sic tuis prospicis, parricida. Fugite, o miseri homines, fugite, et contagionem istam quantacum- que potestis celeritate de-erite. Draco est, qui colitur. Latere non potest, proprietatem nominis sui B ipse confessus est. Confessum reum pœna consequitur. Audite quid sanctus propheta divina instigatione denuntiet. Oraculum hoc Esaiæ nobis fides tradidit, ait enim: *In illa die superinducet Deus gladium, sanctum et magnum et fortem super draconem, serpentem magnum, et tortuosum, et interficiet draconem*<sup>d</sup> (Esai. xxvii, 1). Voluntas Dei perfectio operis substantia est<sup>e</sup>. Bene draconis lata sententia est: quidquid Deus dixit factum est: morituri draconis hoc solatium est, ut exitium suum frequens perditorum turba comitetur. Si mortis ejus dies quæritur, tunc percussus est, cum hominem Deum vidit, cumque nobis Christi numen apparuit. Post illum diem, qui serpentis hujus secutus fuerit institutum, necesse est ut cum serpente moriatur. Deos istos, C quos colitis, ipse finxit, ipse composuit<sup>f</sup>. Si perti-

scuarium, quem antiquitas canit, dicens: *Taurus draconem genuit, et taurum draco*; ubi fabulæ originem refert, Jovem sub dracone latentem Persephonem vitasse. Poetam Tarentinum (haud tritum, ut Neursio placuit) fuisse Rhintonem Comicum, suspicatur Heraldus. Vid. Orellii annotatt. in Arnob. v, 21. Cf. Creuzerum, iii, 361; Sancta-Crucium, ii, p. 96.

<sup>a</sup> Ita restituit Woverus mendosam ed. princ. lectionem. *Nec se injusto sanguine cruentasti*. Respicit, ut in sequentibus, hostias humanas.

<sup>b</sup> Omnino emendandum: *et Latiaris*. Porphy. de abst. in: *ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τις ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῆ τοῦ Λαττωρίου Διός ἰορτῆ σφαζόμενον ἄνθρωπον*. De Latiari Jove vid. Justin. M. Apol. ii, c. 12; Theoph. ad Antolye. iii, c. 6; Tatianum c. 46; Minuc. Felicem c. 21, 50; Tertull. Apolog. c. ii, de Spectaculis c. 6, adv. Gnosticos c. 7; Lactant. i, c. 2; Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 25; Rycquium de Capitolio c. 25; et Valesii notas ad Eusebii orationem de laudibus Constant. M., p. 264. Optandum sane foret, ut vir aliquis doctus historiam sacrificiorum humanorum ab initiis inde usque ad religionis Christianæ victoriam enarraret: longum quidem opus et tedii plenum; sed qui bene absolvet, egregie de historia religionum prisce orbis merebitur.

<sup>c</sup> Ennii versus celeberrimus:

Pœnei sunt solitei sos sacrificare puellos.

Justin. Martyr. Apol. ii, p. 128. Athenag. legat. c. 25. Vide quæ de hac superstitione copiose disputavimus in lib. de religione Carthaginensi in p. 17, seq.

<sup>d</sup> Firmicus differt a lectione Sabateriana ex Hieronymo in Esaiam c. 27, hausta, nec cum aliis codd. consentit.

naces animi vestri in isto errore permanserint, ardebitis etiam vos pariter cum diis vestris, ut quidquid auctores vestri divina animadversione meruerunt, etiam ad vestrum exitium hoc societatis consortio transferatur. Mihi credite, nihil prætermisit diabolus, quod hominem miserum aut debilitaret aut perderet: ideo sese in omnes formas multiplici diversitate convertit, ideo se diversi generis calliditate composuit, ut variis ac multiplicibus fraudibus homines irretitos interimeret.

#### CAPUT XXVIII.

*Draconem fictorum numinum auctorem dicit, sacro:umque suorum per lignum instauracionem semper curasse. Ligni hinc in sacris idolorum abusus exemplis paucis ex sacris Phrygiis, Osiridis et Proserpine petitis notat; Crucis deinde ordinem expositurus, novi Testamenti affert, quos prisca Ecclesia atque illud ævum de cruce interpretabatur. Atque ita expositis et refutatis præcipuis, quæ in cultu idolorum tum temporis viguere, symbolis signisque, ut imperatores, ad quos hoc scripsit, eo confidentius ad idola eorumque sacra penitus delenda accederent, sententias colligit.*

Sacra sua perditus carnifex<sup>g</sup> pro nefas, per lignum semper renovari disposuit, h<sup>h</sup> ut, quia sciebat ita fore<sup>i</sup>, ut ligno crucis affixa vita hominis perpetuæ immortalitatis compagine stringeretur, ideo perdituros homines ex ligni imitatione deciperet. In sacris Phrygiis, quæ Matris deum dicunt, per annos singulos arbor pinea cæditur, et in media arbore simulacrum juvenis subligatur<sup>j</sup>. In Isiacis sacris de pinea arbore cæditur truncus<sup>k</sup>: hujus trunci media pars subtiliter excavatur<sup>l</sup> illis

<sup>e</sup> Forte perfectio operis sub instantia est. Wow.

<sup>f</sup> Ex perpetua Patrum assertione, omnem idololatram esse inventum diaboli et dæmonum.

<sup>g</sup> Diabolus.

<sup>h</sup> Quemadmodum nimirum per lignum, fructum arboris prohibita, protoplastos seduxerat.

<sup>i</sup> Forte ut qui sciebat, vel quia sciebat ita fore. Justin. Martyr. Apol. i, p. 82.

<sup>j</sup> Arnobius. v, 39: *Pinus illa, solemniter quæ in Matris infertur sanctum deæ, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virum demessis genitalibus abstulit, et quam memorant Divam in solatium sui consecravisse mæroris?* Lib. v, c. 16: *Quid sibi vult illa pinus, quam semper stans diebus in deum Matris intermittit sanctuario? Nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens adolescentulus manus intulit?* et paulo post: *Quid compti violaceis coronis et redimiti arboris ramuli? Nonne illud indicant, uti mater primigeniis floribus adornaverit pinum, miserabilis indicem testimoniumque mæroris?* Hoc fiebat die xi kal. April., ut notatum in Calendario Romano Constantini M. ad hunc diem (Orell. ad v. 16). Cf. quoque Zuega Abhandl., p. 179. Attis in pinum mutatum fuisse tradit Ovid., *Metamorph. x, 101*. Servius autem eum ad radices hujus arboris a sacerdotibus Rheæ inventum mutilatumque in templum deæ portatum fuisse, ubi exspiraverit (ad Æneid. ix, 114). Est vero fabula Osiridis et Typhonis repetita. Cf. Santa-Crucium i, 85. Statuam Attidis in arbore suspensam commemorat Plinius II. N. xvi, c. 10, sect. 15. Vide Creuzerum, ii p. 38 seq., 55, 108. *Pinus imago jugæ et interitus*. Creuzer. i, 117.

<sup>k</sup> Haud dubie loquitur de recentioribus Isiacis.

de segminibus <sup>a</sup> factum idolum Osiridis sepelitur. A Abrahæ immolaturæ filium jussu Dei aries supponitur, et in vicinæ arboris radicibus alligatur (*Gen. xxix, 13*). Liberaturus Deus summus ex Ægyptiorum tyrannide plebem suam, arietem nocte jussit occidi, et sanguine ejus postes liniri præcepit. <sup>ε</sup> Ipsum a certo numero hominum per nocturnas epulas confici jubet, et sacrificio ipsi Paschæ nomen imponit. Sed hoc ad imaginem futurorum providentiæ divinæ majestatis invenit, ut per signum verum Pascha nobis ostenderet. Ideo cum de passione Domini nostri divino Spiritu jubente Propheta præcæneret, ait: *Sicut ovis ad victimam ductus est, sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ei sublatum est. Nativitatem ejus quis enarravit? quoniam auferetur a terra vita ejus* <sup>b</sup>. (*Esai. LIII, 7, 8*). Alius etiam propheta hæc eadem simili respondit oraculo: *Domine, significa mihi, et cognoscam; tunc vidi meditationes eorum. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam. In me cogitaverunt cogitatum dicentes: Venite: mittamus lignum in panem ejus, et eradamus a terra vitam ejus* <sup>i</sup> (*Jerem. xviii, 18, 19*). Agnum autem appellari Dominum nostrum, sancta nobis revelatione monstratur. In Apocalypsi enim ita invenimus esse per scriptum: *Et vidi in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum agnum stantem, quasi occisum, habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi per orbem terræ. Et venit et accepit librum de dextra sedentis in throno. Et cum accepisset librum, quatuor animalia et viginti quatuor seniores prostraverunt se ante agnum, habentes singuli aureas citharas plenas odoramentis supplicationum, quæ erant orationes sanctorum, et cantaverunt novum canticum dicentes: Dignus es accipere librum, et aperire signa ejus, quoniam occisus es, et redemisti nos Deo sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione, et nos regnum Deo nostro sacerdotesque fecisti, et regnabimus super terram* <sup>j</sup>. Joannes quoque Filium Dei agni nomine appellat, ut et ipse prophetiæ pollicitationi respondeat; ait enim in Evangelio: *Altero die videt Joannes Jesum venientem ad se et ait: Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi.* (*1, 35, 36*) <sup>k</sup> Pro salute hominum agni istius venerandus sanguis effunditur, ut sanctos suos Filius Dei profusione pretiosi sanguinis redimat: ut qui Christi

Nescio an alius scriptor hujus ritus mentionem <sup>D</sup> faciat. Vide tamen Plutarch. de Iside et Osiride c. 42.

<sup>a</sup> Recte emendavit Woverus lectionem edit. principis *illis de seminibus*. Vide Plutarch. de Iside et Osiride c. 21.

<sup>b</sup> Nescio an alius auctor hujus ritus mentionem faciat. Video quidem Santa-Crucium, 1, p. 157, Tatianum c. 16 allegare, qui vero de Rhea agit; atque Arnobii locos mox citatos de Matre deum loquentes. Qua de re Silvester Sacyus lectores quoque admonet. Laudare sane Santa-Crucius debuisset Firmicum, unicum, ut videtur, hujus narrationis fontem. Pauca affert Creuzerus, IV, 453.

<sup>c</sup> Itaque absoluto anno, cum festi dies redirent, tria hæc simulacra a sacerdotibus cremabantur.

<sup>d</sup> De virga nil habet sacer textus, neque interpp. Latini.

<sup>e</sup> De lignea scala in somno visa ne verbum quidem habet Moses, neque interp. Latini.

<sup>f</sup> De pino haud dubie loquitur; in quibus vero mysteriis, reticet. Nec aliunde notus videtur hic ritus.

<sup>g</sup> Agnum paschalem (*Exodi xii, 4 seq.*).

<sup>h</sup> Parum differt a textu Sabateriano. Vers. 8 convenit fere cum Cypr. Test. lib. II, usque ad verba quæ in Cypriano desiderantur.

<sup>i</sup> Plane conspirat cum Cypriani Testim. libro II.

<sup>j</sup> Eadem pauculis exceptis habet quæ Cyprianus, in eo quoque cum eo conspirans, quod vers. 8 habet, aureas citharas plenas odoramentis supplicationum, omissis verbis intermediis, et *phialas aureas*.

<sup>k</sup> Memoriter citatum.

sanguine liberantur, majestate prius immortalis sanguinis consecrentur. Neminem apud idola profusus sanguis juverit. Et ne cruor pecudum miseros homines aut decipiat aut perdat : pollut sanguis iste, non redimit, et per varios casus homines premit in mortem. Miseri sunt, qui profusione sacrilegi sanguinis cruentantur. Tauribolium vel Criobolium scelerata te sanguinis labe perfundit <sup>a</sup>.

## CAPUT XXIX.

*Sententias colligit ex sacro Codice quæ vanitatem idolorum testantur, de prospero et florente R. P. statu iis regnantibus deque maxime instanti impietatis Ethnicæ pena monet.*

Laventur itaque sordes istæ, quas colligis. Quære fontes ingenuos, quære puros liquores, ut illic te post multas maculas cum Spiritu sancto Christi sanguis incandidet (Apoc. vii, 14). Ut autem miseros homines ad sanam mentem revocet plena persuasio, majore auctoritate opus est, ut, curatis ac sanatis mentibus, nullum præcedentis pestilentie vestigium relinquatur. Quid itaque sint idola, vel quam habeant substantiam, prophetarum oraculis ac divina voce monstratum est, quæ omnia specialiter dicenda sunt, ut hoc non nostra temeritate prolatum, sed divino magisterio nobis traditum, et cœlesti agnoscat voce signatum. Quæ sit substantia ejus, sapientie veneranda voce monstratur; ait enim in libris Salomonis: *Omnia idola nationum æstimaverant deos, quibus neque oculorum visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum. Sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, et qui spiritum mutuatus est finxit illos. Nemo autem sibi hominum poterit Deum formare: cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem his quos colit, quoniam quidem ipse vixit, illi numquam* <sup>b</sup> (Sap. xv, 15, 16): Quid amplius querimus? sapientia nos divina voce convenit, et quidquid in arcanis Dei viderat docuit, et quod erat salubre, monstravit, ne fragilis et caduca mortalitas in exitum suum mortemque properaret. Hoc idem in Psalmis præmonet

<sup>a</sup> *Tauribolium vel Criobolium.* Tauribolium, Criobolium et Æmobolium, lustrationes per sanguinem victimarum quo mysta perfundebar, quæ in Occidentem Romanum Antonini Pii et successorum sætate introductæ sunt, proprie pertinebant ad mysteria Matris deum, et componebantur cum baptismo Christiano, ita ut qui iis lustratus esset, *renatus* diceretur, verbumque *percipere* apud Christianos de baptismo usurpatum de hisce lustrationibus adhiberetur. Sed non semel, sed sapius hocce regenerationis balneum iterabatur. Totus ritus describitur a Prudentio Hymn. de Romano Martyre. Ex inscriptionibus quæ cum commemorant et quas collectas invenies in Fleetwoodii Sylloge Inscriptionum p. 12-18, *illam, quam Woverus jam ad Firmicum illustrandum adhibuerat, seligo* : DIS MAGNIS MATRI DEVM

**A** Spiritus sanctus. Invenimus enim in psalmo cxxxiv, ita esse perscriptum: *Idola gentium argentum et aurum, opus manuum hominum. Os habent et non loquuntur, oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt. Neque enim est spiritus in ore ipsorum, similes sunt illis qui faciunt ea* <sup>c</sup> (Psal. cxxxiv, 15-17). Si artifex, qui ad ostentationem ingenti simulacrum aut sculpsit, aut fudit, divina maledicti animadversione percutitur, quid sperare debeat considerandum est, qui quod alter vendidit, Deum dicit. Hieremias etiam, cum præcepta Deo jubente plebi daret, hac populum oratione convenit: *Dicite autem in corde vestro, tibi oportet adorare, Domine. Angelus autem meus vobiscum est, legem autem exquiram ab animabus vestris. Lingua eorum pollta sabro, ipsa etiam* **B** *inaurata et inargentata falsa sunt, et non possunt loqui: et sicut virgini hortatu amantis accepto auro fabricati sunt coronas supra capita Deorum suorum. Eum autem quando subtrahent sacerdotes a Diis suis aurum et argentum, et erogabunt illud in semetipsos. Dabunt etiam ex ipso et prostitulis meretricibus, ornabuntque illos ut homines vestimentis, deos argenteos et aureos et ligneos* (Baruch. vi., 5-10).

Addit etiam in sequentibus, ut omnem dubitationem trepidationis excutiat: *Supra corpus ejus et caput volitant noctua et hirundines et aves similiter. Unde sciatis quia non sunt dii. Non ergo timeatis eos. Aurum est, quod circa se habent ad speciem; nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebit. Neque enim cum conflabuntur sentient, pretio empti sunt in quibus* **C** *Spiritus non est, sine pedibus in humeris portantur* (Ibid. 21-23). Addit etiam ut confirmata titens fortius roboretur: *Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timeatis eos* (Ibid., 28). Et ut sacerdotum eorum miserum dedecus monstret, addit: *In domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas et capita et barbas rasas, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in gehenna mortui* (Ibid., 30, 31). Quod autem et reges et gentes hæc de ipsis pronuntiatum sunt, is idem propheta præsauga voce significat; ait enim: *Scietur postea, quia falsa sunt, gentibus universis et regibus; quia manifestum est, quod non sunt dii, et nullum Dei opus sit ipsis. Regem regioni non suscitabunt, neque pluviam hominibus dabunt. Judicium quo-*

**D** **ET ATTIDI SEXTILIUS ACESILAVS AEDISIVS V. C. CAVSARVM NON IGNOBILIS AFRICANI TRIBVNALIS ORATOR TAURIBOLIO CRIOBOLIOQVE IN AETERNVM (in longum tempus) RENATVS ARAM SACRAVIT D. D. N. N. VALENTE V ET VALENTINIANO TVM. AVGG. CONSS.** Æmobolium in una tantummodo inscriptione legitur: CRIOBOLIVM ET AEMOBOLIVM MOVIT DE SVO PETRONIVS MARCELLVS SACERDOS VIRAL. DEC. VIR. PRIMO ET IVSTO (ap. Luram Camaram de Teate antiquo; Rom., 1651; et in Zornii Bibl. Antiq. Exeget. p. 1020). De Tauribolio universe vide eruditam dissertat. Nathan. Frid. Kautsch. de Tauribolio; Lips. 1758; Cranzerum, II, 59, 19, 347; et Zœgam Abhandl., p. 141.

<sup>b</sup> Concordat plerumque cum Cypriano.

<sup>c</sup> Ut ap. Cyprianum; omittit vero additamentum in Pealterio Romano, et sequitur textum Hebraicum.

que non discernent, neque regionem liberabunt ab injuria, quia nihil possunt. Et cum inciderit in domo deorum ligneorum et inauratorum et inargentatorum ignis, sacerdotes illorum liberabuntur: ipsi autem sicut trabes in medio comburentur. Regi autem et bello non resistant; quomodo existimandum est vel recipiendum, quia sunt dii? Neque a furibus neque a latronibus se liberabunt dii lignei et aurati et inargentati, quibus hi, qui fortes sunt, aurum et argentum, quo operati sunt, auferent illis<sup>a</sup> (Ibid. 50-57). Tollite, tollite securi<sup>b</sup>, sacratissimi imperatores, ornamenta templorum. Deos istos aut monetæ ignis, aut metallorum coquat flamma. Donaria universa ad utilitatem vestram Dominique transferite. Post excidia templorum<sup>c</sup> in majus Dei estis virtute proveci; vicistis hostes, propagastis imperium<sup>d</sup>: et ut virtutibus vestris gloria major accederet, mutato ac contempto temporum ordine, hyeme<sup>e</sup> (quod nec factum est aliquando, nec fiet) tumentes ac sævientes undas calcastis Oceani sub remis vestris. Incogniti jam nobis pene maris unda contremuit, et insperatam imperatoris faciem Britannus expavit<sup>f</sup>. Quid amplius vultis? Virtutibus vestris victa elementa cesserunt. Quod autem Deus jubeat idola non fieri, sacrosanctæ legis scripta declarant. In Exodo enim sic invenimus esse perscriptum: *Non facietis vobis deos argenteos, neque deos aureos* (Exod. xx, 23). Et rursus in eodem libro vocem Dei jubentis invenio: *Non facies tibi idolum, nec cujusquam similitudinem* (ib. iv). Pudorem miseris indicit Spiritus sanctus, quia cupit errantes revocare, non perdere. Et ait per Esaiam: *Confundemini confusione, qui fiditis super sculptilia, qui dicitis fusilibus: vos estis dii nostri* (Esai. xlii, 17). Dat etiam legem, quam consecratus populus devota perpetuitate custodiat, et ita mandat: *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies* (Deut. vi, 13; Math. iv, 10; Luc. iv, 8). Et in Deuteronomio similia Dei mandata noscuntur; ait enim: *Non erunt*

tibi dii alii absque me (Deut. v, 7). Addit etiam, ut animis eorum majestatis suæ pondus insinuet: *Videte, videte quia ego sum, et non est Deus præter me. Ego interimam et vivere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est, qui eripiat de manibus meis* (Apoc. xvi, 6, 7). In Apocalypsi etiam hoc idem sancta revelatione monstratur; ita enim scriptum est: *Et vidi alium angelum volantem medio cælo, habentem Evangelium æternum, ut annuntiaret super terram per omnes nationes et tribus et linguas et populos, dicentem voce magna: Metuite potius Dominum; et date illi claritatem; quoniam venit hora judicii ejus; et adorate eum qui fecit cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Dominus quoque noster Jesus Christus, paterna legis instituta custodiens, hoc idem veneranda constitutione profulgat; ait enim: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus est, et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo; et de tota anima tua, et de tota virtute tua, hoc primum est; et secundum simile huic: diliges proximum tibi tamquam te. In his duobus præceptis tota Lex pendet et Propheta* (Deut. vi, 5; Math. xxii, 37-40; Marc. xii, 29-31; Luc. x, 27). Sequitur autem hoc divinum venerandumque præceptum immortalis Domini ac sancta conclusio; addit enim, ut manifestius viam salutis ostendat, et ita loquitur: *Hæc est autem vita æterna, ut agnoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. xvii, 3). Sacrorum mandatorum ordinem scitis; quid sequi, quid fugere debeatis, veneranda atque immortalis voce didicistis. Audite rursus, quod maneat contemnentis exitum, quibus illos calamitatibus necessitas venerandæ legis astrinxerit: clausula enim venerandorum mandatorum in hæc verba colligit: *Sacrificans diis eradicabitur, præter Domino soli* (Exod. xxxii, 20). Si solum sacrilegum hominem metuenda pœna percuteret: si peccanti soli minaretur severitas legis, bene se ad sacrilegium obstinati furoris temeritate*

<sup>a</sup> Haud exstant hæc in Cypriano. Variantes lectionis haud ita paucas notavit Sabaterius.

<sup>b</sup> Sine metu obstaculorum vel rebellionum.

<sup>c</sup> Legem Constantii et Constantis exhibet Cod. Theodos. lib. xvi, tit. 10, leg. 4. Liban. Orat. pro templis p. 23, de templis palatinis hominibus dono datis. Reisk. ii, p. 185. De relictibus templorum dissipatis idem Orat. in necem Juliani. Haud tamen omnia templa destructa fuisse, posteriorum temporum usque ad Theodosium filiosque historia docet. Ipsumque Constantium Romæ moderate egisse, templa visitasse, virginum Vestalium privilegia confirmasse, testatur Symmachus Epistol. 10, n. 54.

<sup>d</sup> Plena sunt adulationum hæc. Nam in bello Persico res Romanis parum feliciter cesserunt.

<sup>e</sup> Versus finem Januarii 343: *Constans pacata Gallia, cum classe Bononia solvit, Britanniam invasurus; Libanii Orat. 3; Ammianus Marcell. Lib. xx, 1: Hujus expeditionis exstat testis, nummus æreus maximi moduli, in cujus adversa BONONIA OCEANEN. Mulier stans in triremi. s. clypeum. d. hastam intorquet in figuram natantem; ad proram triremis Victoria, ad puppim duo signa militaria. Nummus exhibet Bandurium Numism. imp. Roman. ii, p. 348. Egregie explicat verba Firmici: sævientes undas cal-*

*castis Oceani.* Nummus vide ad eatum hujus editionis.

<sup>f</sup> Haud quidem provinciæ Romanæ dudum pacata: incola, sed Caledonius, in Scotiam irruptionem minitans. Belli exitus ignoratur; sed nunmi victoriarum prædicant, etsi quoque in memoriam belli cum Francis gesti proculdi potuerunt: incertum tamen, utrum armis potius an argento hi in obedientiam reduti sint. At nummus maximi moduli, in quo Imperator equus hostem inermem atque in genua prolapsum hasta petit (v. Baudurium l. c.) cui inscriptum DEBELLATOR GENT. BARBARR, alique *Victoriam Augusti et Gloriam Romanorum* prædicantes, eadem occasione qua primus cum Bononiæ nomine cusi, et ad expeditionem Caledonicam referendi videntur; de quibus cæterum conf. Le Beau *Histoire du Bas-Empire*, ii, p. 62, et Tillemont, *Histoire des Empereurs*, iv, p. 336. Alii ad Francicum quoque bellum pertinébunt. Eckhel. Doctr. Nummor. Veterum viii, p. 3. 112.

<sup>g</sup> Facit cum Cypriano, exhort. ad Martyr.

<sup>h</sup> Parum differt. a textu Sabateriano.

<sup>i</sup> Fere ut Cypr. l. I.

<sup>j</sup> Marcum imprimis præ oculis habuisse videtur cum Cypriano l. I.

<sup>k</sup> Ut auctor l de Aleatoribus inter Cypriaticos.

firmaret : nunc etiam stirpi minatur et soboli, et hoc agit, ne qua pars nequissimi seminis relinquatur, ne quod profani generis vestigium maneat. *Sacrificans*, inquit, *diis eradicabitur* (*Deut. xxxii, 17*). Considera quid agas, misera ac luctuosa persuasio. Facinus tuum plurimos perdit, et per omnem substantiam generis tui fecunda pœna dividitur. Cur autem contra sacrificantes sic saviat, ordinatæ legis auctoritatis in Deuteronomio manifesta significatione monstratur : ita enim invenimus esse perscriptum : *Sacrificaverunt dæmoniis, et non Deo* (*Ibid.*). Ad contaminatos ac pollutos te spiritus ne transferas, ab inferioribus ne speres auxilium : ne his supplices, quibus Dei gratia, jam imperare debes. Ecce dæmon est quem colis ; cum Dei et Christi ejus nomen audierit, contremiscit, et ut interrogantibus nobis respondeat trepidantia verba, vix se colligit <sup>a</sup> : adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, et statim de commissis sceleribus confitetur. Ne hunc colas, ne huic supplices, ne prostratus huic flectas genua, interdicto venerandæ legis juberis. Hinc severitatis pœna, hinc animadversionis metu metuenda sententia. Quid, Dei indulgentia libertate concessa, jugum potius eligis servitutis <sup>b</sup> ? ..... Non desinit Deus summus crimen hoc salutaris voce pulsare, sed misericordia ejus errantes homines corrigere frequenti comminatione festinat. Audi per Esaiam prophetam vox divina quid dicat : *Adoraverunt deos, quos fecerunt digiti eorum, et curvatus est homo, et humiliatus est vir, et non laxabo illis* <sup>c</sup> (*Esai. ii, 8, 9*). Et jam vos, o profani homines, iratum nomen alloquitur, et adhuc errores vestros sacra convenit voce ; ait enim in sequentibus per eundem prophetam : *Illis judistis libamina, et illis imposuistis sacrificia. Super hæc non indignabor, dicit Dominus* <sup>d</sup> (*Esai. lvii, 6*) ? Adhuc indignationem suam salutaris Deus dilatat, severitatem suspendit, si vos forsitan peccare pœniteat, ut sacrilegæ voluntatis exitium aliquo genere relinquatis. Ecce in ipso indignationis impetu moderata rursus voce persuadet, et irarum suarum comprimit stimulos ; ait enim per Hieremiam prophetam : *Nolite ambulare post deos alienos, ut serviat is, et ne adoraveritis, ne incitetis me operibus manuum vestrarum ad disperdendos vos* <sup>e</sup> (*Jerem. xxv, 6*). Quid hic ad sacrilegium pronus aures tuas obstruis ? quid hic obstinati furoris ardore in exitium mortemque festinas ? Liberum te Deus fecit, in tua manu est, ut aut vivas aut pereas. Quid te per abrupta præcipitas ? in lubrico itinere constitutus, et in ipso lapsu positus, titubantia aliquando suspende vestigia ? Ecce sententia depromitur, ecce pœna decernitur : diu criminibus tuis pepercit divina moderatio : diu facinus tuum cum dissimulatione respexit : pervenis

ad illud anceps, ubi spes, ubi vota deficient. Et ut manifestius instruaris, animadversionis exitium disce. Super hac re in Apocalypsi totus ordo responsi est ; ita enim scriptum est : *Si quis adorat bestiam et imaginem ejus, et accipit vota in fronte sua et in manu, bibet et ipse de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ejus. Et puniet igne et sulphure sub oculis agni, et fumus de tormentis eorum in sæcula sæculorum ascendet. Nec habebunt requiem die ac nocte, quicumque adorant bestiam et imaginem ejus* <sup>f</sup> (*Apo. xiv, 9, 10*).

## CAPUT XXX.

*Denique divinum de idololatriæ extirpandis mandatum (Deut. xiii) imperatoribus inculpat, cui si morem gerant, et prosperum iis eventum et felix posthæc imperium:*

Sed et vobis, sacratissimi Imperatores, ad vindicandum et puniendum hoc malum necessitas imperatur, et hoc vobis Dei summi lege præcipitur, ut severitas vestra idololatriæ facinus omnifariam persequatur. Audite et commendate sanctis sensibus vestris quid de isto facinore Deus jubeat. In Deuteronomio lex ista præscripta est : ait enim : *quod si rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut uxor tua, quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus, qui est æqualis animæ tuæ, latenter dicens : Eamus et serviamus aliis diis gentium, non consenties ei, et non exaudies eum, et non parcat oculus tuus super eum, et non celabis, annuntians annuntiabis de illo. Manus tua erit super eum imprimis interficere eum, et manus omnis populi deinceps. Lapidabunt eum et morietur, quoniam quæsiit avertere te a Domino tuo* <sup>g</sup> (*Deut. xiii, 6-10*). Nec filio jubet parci, nec fratri, et per amatam conjugem gladium vindicem ducit. Amicum quoque sublimi severitate persequitur, et ad discernenda sacrilegorum corpora omnis populus armatur. Integris etiam civitatibus, si in isto fuerint facinore deprehensæ, decernuntur excidia : et, ut hoc providentia vestra manifestius discat, constitutæ legis sententiam proferam. In eodem libro in integris civitatibus pœnam Dominus hac voce constituit ; ait enim : *Aut si audieris in una ex civitatibus, quas Dominus Deus tuus dat tibi, inhabitare illic, dicentes : Eamus et serviamus diis aliis, quos non nostis : interficiens necabis omnes, qui sunt in civitate cæde gladii, et incendes civitatem igni, et erit sine habitatore. Non ædificabitur in æternum* <sup>h</sup> (*Ibid., 12, 13, 15*). *Et avertetur Dominus ab indignatione iræ suæ, et dabit tibi misericordiam, et miserebitur tui, et multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, et observaveris præcepta ejus* (*Ibid., 17, 18*). Misericordiæ suæ vobis, sacratissimi imperatores, Deus summus præmia pollicetur, et amplificationis maximæ augmenta decernit. Facite itaque quod jubet, complete quod præcipit. Auspi-

<sup>a</sup> Cf. supra ad c. 14, pag. 57, not. a.

<sup>b</sup> Hanc vocem excipit lacuna.

<sup>c</sup> Firmico suffragatur Cyprianus ep. 64. exhort. ad Martyr. et de lapsis.

<sup>d</sup> Ut Cypr. exhort. ad Martyr.

<sup>e</sup> Ut idem.

<sup>f</sup> Concinit plerumque cum Cypr. Testim. l. iii, et exhort. ad Martyr.

<sup>g</sup> Ei plerumque suffragatur Cypr. exhort. ad Martyr.

<sup>h</sup> Concinit plerumque Cypr. 1. 1.

ia vestra majoribus cumulata sunt donis, initio fidei positæ divini favoris incrementa sensistis. Numquam vos manus Dei veneranda deseruit, numquam vobis laborantibus denegavit auxilium. Strati sunt adversantium cunei, et rebellantia ante conspectum vestrum semper arma ceciderunt. Missi sunt superbi sub jugum populi, et Persica vota collapsa sunt <sup>a</sup>. Nec stare diu contra vos poterit malis suis armata crudelitas. Dei virtutem utrique diverso sensistis eventu. Vobis cœlestis victoriæ corona collata, et felicitate vestra nostra relevantur incommoda. Hæc

<sup>a</sup> Anno 344, Constantius res cum Persis haud infeliciter gessisse videtur, unde factum, ut Theophane teste (Chronogr. p. 30. Scrip. Rerum Byzantin. tom. X), triumphum de Persis egerit; qui quidem Firmico occasionem præbere potuit de *volis Persarum collapsis* scribendi. Cæterum Constantius in cruento hoc bello a Sapore novies fuit fusus. imprimis ad Singaram anno 348; nec nisi Massagetarum invasio victorem ab obsidione Nisibis avocavit. Zonaras, lib. xiii c. 5: Βασιλεὺς Κωνσταντῖος, πολλὰς τοῖς Πέρσαις συμβαλὼν, τὴν ἤπτονα μοῖραν εἶχε, καὶ B

vobis Deus summus, sacratissimi imperatores, pro fide vestra <sup>b</sup> reddidit præmia. His vos interim remuneratos insignibus ad arcana venerandæ legis invitat. Pura mente, devota conscientia, incorrupto animo clementia vestra cœlum semper aspiciat, a Deo semper exspectet auxilium, Christi venerandum numen imploret, et pro salute orbis terrarum ac vestra salutari Deo spirituales offerat victimas. Sic vobis feliciter cuncta provenient, victoriæ, opulentia, pax, copia, sanitas et triumphus, ut divina majestate protecti, orbem terræ felici gubernetis imperio.

πολλοὺς τῶν οἰκειῶν ἀπέβαλε. Eutropius, x, 6. Constantius a Persis multa et gravia perpassus, sæpe captis oppidis, obsessis urbibus, cæsis exercitibus; nullumque ei contra Saporem prosperum prælium fuit, nisi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose et stolidè contra rationem belli die jam præcipite poposcerant.

<sup>b</sup> De Constante tantummodo dicere potuit Firmicus, qui Nicænam fidem amplexus, eam in Oriente protexit. Constantius contra Arianis aperte favit.

# SANCTUS PHILASTRIUS,

## BRIXIÆ EPISCOPUS.

### EPISTOLA DEDICATORIA PRIMA (a).

Sanctissimo domino nostro Clementi papæ XII, C  
ANGELUS MARIA tituli sancti Marci presbyter cardinalis QUIRINUS Apostolicæ Sedis bibliothecarius, et episcopus Brixianensis.

Quæ me impulit causa, Beatissime Pater, ut a Sanctitate Vestra Vaticanæ bibliothecæ præpositus, ad proferendam ex litterario illo locupletissimo penu novam S. Ephræm Syri editionem animum appulerim, ipsa modo efficit, ut ad Brixianæ Ecclesiæ, cui pariter præsum, et nomen et decus augendum, veteres quatuor ejusdem antistites simul atque scriptores nunc primum in unum volumen redactos repræsentem. Ea nimirum est sacrarum litterarum amor, qui summo Dei immortalis beneficio a teneris mihi inditus annis, necum postea adolevit, mihi que per omnem ætatem ubique locorum ita fidus comes adhæsit, ut non tantum peregrinari, pernoctare et rusticari, quæ omnia nobiscum facere ex Tulliano dicto litteræ assulent, sed et necum, si ita fari liceat, episcopari comperiat. Quo postremo munere haud profecto laudabilius desungi posse videtur, quam si conatus sui atque labores eo colliment, ut

præcis Ecclesiarum monumentis lux major accedat, ac veneratio.

Equidem, Beatissime Pater, cum plura ejuscemodi monumenta non desint, quibus Brixiana Ecclesia mirum in modum decoratur, præclarissimum illud est, quod in ejus cathedra præsules quatuor sederunt, sanctitate æque editis Scriptis illustres, quorum duo, Sancti scilicet, Philastrius, et Gaudentius, divi Augustini Hipponensis episcopi ætatem attigerunt, Beatus vero Rampertus a nonagennis, ac venerabilis Adelmanus a septingentis circiter annis floruerunt. Porro Philastrius suppar adeo fuit Augustino, ut hic a Quotvuldeo diacono per epistolam rogatus tractatum de Hæresibus conscribere, Philastrium sibi notum Mediolani apud Ambrosium, id ipsum abunde præstitisse responderit. Gaudentius autem eo ipso Mediolanensium sanctissimo Præsule satagente, dum in Oriente ad sacra Loca peregrinaretur, Brixianam Ecclesiam florenti adhuc ætate sibi delatam accepit. Rampertum ad eandem sedem subvectum et translatum S. Philastrii in majorem Ecclesiam, et cœnobii, ubi sanctorum Faustini, et Jovitæ corpora requiescunt, constructio, ac

(a) In hac et sequenti epistola facile animadvertet lector, de Philastrio, quamvis specialiter, non tamen unice sermonem haberi. Quod ne miretur lector, sciat necesse est, collectionem ex qua Sancti nostri opera excerptimus, ita componi ut tali titulo responderent: *Veterum Brixianæ episcoporum, S. Philastrii*

et Gaudentii opera, necnon B. Ramperti et Ven. Adelmani opuscula. Illis autem epistolis, ut quæ nonnihil luminis tam in Philastrium quam in ejus operum editionem injiciat, lectorem fraudare religioni duximus.